
3 1761 08824695 4

SOPHOCLIS
TRAGOEDIAE

AD

OPTIMORVM LIBRORVM FIDEM

ET

BREVIBVS NOTIS INSTRVXIT

CAR. GOTTLOB AVG. ERFVRDT

VOL. V.

LIPSIAE

APVD GERHARDVM FLEISCHERVM

SOPHOCLIS TRAGOEDIAE

AD
OPTIMORVM LIBRORVM FIDEM
ITERVM RECENSVIT
ET
BREVIBVS NOTIS INSTRVXIT
CAR. GOTTLOB AVG. ERFVRDT.

VOL. V.
TRACHINIAE.

LIPSIAE
APVD GERHARDVM FLEISCHERVM
CIƆIƆCCCXXII.

SOPHOCLIS
TRACHINIAE

AD

OPTIMORVM LIBRORUM FIDEM

RECENSVIT

ET

BREVIBVS NOTIS INSTRVXIT

GODOFREDVS HERMANNVS.

LIPSIAE

APVD GERHARDVM FLEISCHERVM

CIƆIƆCCCXXII.

PRAEFATIO.

Eodem modo, quo Aiacem et Electram, nunc Trachinias edidi. Ea fabula Aug. Guil. Schlegelio, viro elegantis iudicii, ita dissimilis esse caeteris Sophoclis tragoediis visa est, ut dubitaret, an Iophonti potius, filio Sophoclis, tribuenda esset. Respondit Schlegelio Iacobus, professor Varsaviensis, in Lectionibus Sophocleis, quarum nuper primum volumen in lucem prodiit. Is multa ingeniose ac subtiliter in eam sententiam disputavit, ut ostenderet, non Herculis obitum, sed amoris quanta vis esset, poetam declarare voluisse, idque eum docte et sapienter instituisse, qui quidem non huius aevi homines, sed veteres Athenien-

ses esset iudices habiturus. Ego quidem, quomodo qui Sophoclem cognitum habeat, an genuina sit haec fabula dubitare possit, non video. Nam quae duae res in poesi maxime produnt a quo quid scriptum sit, ingenium poeseos et dictio, eae ita sunt in hac fabula eaedem atque in caeteris, ut miraturus sim, si quis proferat aliquid, quod alienum ab Sophocle iudicari debeat. Quod si est, quod reprehendi in Trachiniis queat, id non est eiusmodi, ut abiudicanda sit propterea ab Sophocle haec tragoedia. Est enim in iis rebus positum, in quibus nullum usquam poetam tragicum ab errore immunem invenias. Nam si ne hodie quidem, postquam et exemplis plurimis et multis doctorum hominum disputationibus intellectum est, quid rectum in hoc genere et quid vitiosum sit, ullam edi videmus tragoediam, quae vel aliquo modo perfecta dici possit; quid mirabimur, si veteres aliquid peccarunt, et quidem illi ipsi, a quibus si non inventa, certe pri-

mum expolita atque ad certam formam adducta est tragoedia? At nimirum pervulgatum hoc vitium est hominum doctorum, quod intelligendo faciunt, ut nihil intelligant. Ars enim prior fuit praeceptis, quae nulla fuerunt, nondum invento, quod iis indigeret. Eam postquam obscuro quodam minimeque explicato sensu invenerant homines atque excoluerant, tum demum, comparatis inter se quae magis minusve placerent, caussisque eius rei investigatis, quid rectum aut pravum esset, disputari, et ne id quidem sine erroribus, quippe rei difficillimae natura non ex omni parte penitus perspecta, coeptum est. Atque ad hunc usque diem alia alio tempore opinio animos occupavit, ex qua virtutes et vitia tragoediarum iudicarentur. Veluti hodie plerisque fati usus in Graecorum tragoedia necessarius videtur: de quo quum nihil ab Aristotele traditum sit, apparet, quamvis in plerisque tragoediis Graecorum fato suae sint partes, tamen scriptores illa.

rum fabularum non cogitavisse de fato. De quibus si ita, ut par est, iudicare volumus, illam, quam ipsi videntur animis informatam habuisse notionem tragoediae, respiciamus necesse est: cui si satisfecerunt, laudandi sunt, etiamsi forte, quod non iustam notionem sequuti in errores inciderunt, tragoediae eorum ipsae reprehendendae sint. Qua in re autem illi tragoediae naturam positam esse statuerint, optime ex Aristotele cognosci potest, qui et aetate iis proximus fuit, et, ut ipse Graecus, Graecorum more philosophatus est. Ad Trachinias vero quod attinet, mihi, quod Iacobus existimat, amoris perniciosam vim declarare poetam voluisse, et quidem temporum istorum mollitie adductum, non minus longe repetitum videtur, quam quod idem de anno, quo haec fabula acta sit, disputavit. Amor quae mala gigneret si docere poeta voluisset, Medeam aliquam aut Phaedram introductam oportebat, non Deianiram, piam

feminam, cuius infelix error potius, quam amor aut ipsius aut Herculis, utrique funestus fuit. Itaque illud recte dixit Schlegelius, obitum Herculis argumentum fabulae esse. Quae res quum visa poetae esset ad metum miserationemque commovendam idonea esse, eam ille iniit viam, quam et fama istius rei monstrabat, et commendabat ratio tragicae poeseos. Hercules est, cui metuere; Hercules, quem miserari spectatores volebat. Et est illud quidem consequutus, sed, saltem quod ad metum, non tam efficaciter ut in Oedipo Rege. Nam in ipsa fabula a principio, praeter vaticinium in epistola Herculis, nihil est, quod magnum aliquem metum excitet, nisi aliunde spectatores sciant, mortem Herculi impendere. Tum demum, quum Nessi suspectum donum, consumptumque solis calore vellus commemoratum est, gravius timere Herculi incipimus. Quae praecedunt, quamvis egregia, ita sunt comparata, ut studia spectatorum

magis ad Deianiram convertant: quam quum vident in summa animi moderatione illum, cuius amorem innocenti, ut putat, artificio retinere cupit, perdere, seque ipsam crudelissima illius nece in infinitum luctum coniicere, non possunt non huius caussa magis etiam metuere, fortunamque eius miserari, quam absentis Herculis. Vnde consequi necesse erat, ut, quum consilio poetae persona principalis Hercules esse debeat, re tamen et facto eas partes sustineat Deianira. Quae quum, cognito quid patrasset, sese interimat priusquam Hercules in scenam apportatus est, fieri non potest, quin postremus fabulae actus, quamvis per se egregius, tamen non esse necessarius videatur, quippe re omni, quae instituta fuerat, prorsus peracta. Quod si Herculem prius in scenam adduxisset poeta, Deianiram autem viso et suis oculis conspecto mariti cruciatu sibi manus inferentem fecisset, non solum cohaereret postrema pars bene cum supe-

rioribus, sed etiam Hercules, ut Deianirae caussa in scena expositus, multo maiorem moveret miserationem, ubi, quanto magis Deianirae vices doleremus, tanto gravius Herculis nos dolor tangeret; quanto autem hunc indignius pereuntem videremus, tanto miserabilior illius appareret desperatio. Eam rationem cur Sophocles non praetulerit, quaerere inutile est: sed tamen, si alii ante eum idem argumentum tractarunt, potuit ei, quod saepe tragicis, accidere, ut, quum priores aptiora dedissent, variandi caussa aliquid minus apte institueret. Verum etsi compositio argumenti, in quo genere a plerisque est omni tempore peccatum, non iniuria videtur reprehendi posse, tamen caetera tam apte inventa, tam accurate elaborata, tam docte expolita sunt, ut hoc nomine haec fabula nemini non maximopere placere debeat. Quod si in his rebus, ut supra dicebam, et ingenium Sophoclis et oratio ita manifesta est, ut vel si alii tragico adscripta

esset haec fabula, Sophocli eam, qui hunc nossent, tributuri forent: non aliter de ea, quod ad poeticas virtutes et orationis elegantiam attinet, quam de caeteris huius poetae tragoediis sentiendum erit. Verum etsi ego mirifice delector poesi Sophoclis, tamen longe alienus sum ab illa, qua plerosque teneri video, superstitione, quae quadam caeca antiquitatis reverentia etiam ea admiratur, quae ambiguum est utrum in virtutibus, an in vitiis potius numerari debeant. Sic autem sentio. Gravem illam et magnificam simplicitatem, quae in Aeschyli oratione conspicua est, nimio illa interdum verborum strepitu sublimitatem quaerens, ita est ab Sophocle temperata, ut is docta potius atque artificiosa dictione poesin a vulgari sermone distinguendam putaret. Nec mirum, quum ubique videamus homines, ubi simplicitate satiati sunt, quae in omni re tempore prima est, artificiosiora quaerere. Sed haec admodum periculosa via est, quia difficile est modum tenere:

unde fere, quae docta videri vult oratio, in molestam quamdam implicationem atque intricationem vertit, ex qua interdum difficile est eruere, quid senserit scriptor. In illo igitur fastigio Sophocles mihi orationem suam constituisse videtur, ita ut ea interdum iam in illam partem inclinet, quae propior est vitio. In quam rem uno alterove loco in adnotationibus ad hanc fabulam digitum intendi.

Sed dicam nunc de alia re. Quod in non paucis veterum scriptis factum est, ut, quum duae eorum recensiones circumferrentur, discrepantia alterius in margine adnotata cum altera recensione in unum confunderetur, id etiam in Trachiniis factum esse persuasum habeo. Nam et scripturae quaedam diversitates in hac fabula inveniuntur, quae maiores sunt, quam ut librariis imputari possint, et versus nonnulli in ea exstant, qui non aliter cum caeteris cohaerere videntur, quam si eos aliorum quorumdam versuum loco positos sta-

tuamus. In his igitur locis, quum consentaneum sit, quae in prima editione scripta fuerant, cum aliis melioribus a poeta commutata esse, id agendum putavi, ut, ubi variaret tantum scriptura, eam reciperem, quae secundae recensionis esse videretur; ubi autem utriusque versus coniuncti essent, eos, quibus in altera editione aliud quid substituisset poeta, uncis includerem. Sunt illi loci, qui duplicis recensionis suspicionem faciunt, hi: v. 7. 12. 84. 87. s. 523—525. 784. s. 894. s. Vide etiam ad v. 294. 1107.

Caeterum Erfurdtius huic minori Trachiniarum editioni nihil paratum reliquerat, praeter paucissimas quasdam adnotationes, quas suis locis vel inserui, vel commemoravi. Tanto mihi acceptiores fuerunt Seidleri observationes, quas ille ad priorem maxime fabulae partem, quae eius est humanitas, una cum diversitate scripturae codicis Suidae Leidensis mecum communicavit. Suidae quoniam mentionem feci,

meminerint velim lectores, me huius lectiones ex editione Mediolanensi, quacum Aldina et Basileensis fere consentiunt, numquam ex Kusteriana, cuius nulla auctoritas est, indicasse.

Impresso iam libro primum videre mihi contigit censuram Supplicum Euripidis a Gaisfordio cum Marklandi adnotationibus editarum, scriptam a P. Elmsleio, doctissimo viro, a quo egregiam Sophocli lucem exspectamus. In ea censura, quae inserta est volumini XIV. Commentariorum trimestrium, quae Londini prodeunt, ad v. Supplicum 916. tres locos Trachiniarum commemoratos video, in quibus Elmsleius, *πρὶν ἂν* et *ἕως ἂν* optativo iuncta improbans, aut *ἂν* deleri, aut coniunctivum restitui iubet. Primus est v. 2. ubi, quod oblitus sum adnotare, etiam Florentina secunda *θάνῃ* praebet, quod probat Elmsleius. Neque enim attenderat, etiam optativum defendi posse. Nam ubi in recta oratione *πρὶν ἂν* et similes particulae coniun-

ctivum requirunt, in oratione obliqua manet *ἄν*, sed coniunctivo substituitur optativus, ut proprius orationis obliquae modus. Hinc sponte intelligitur, quid de reliquis duobus locis statuendum sit. Nam nec v. 164. ed. Br. *ἂν* deleri, neque v. 687. ea particula in *νιν* mutari debet. Sed scripsit haec vir doctissimus decem abhinc annis, ut non dubitem, quin pridem mutaverit hanc sententiam.

Praeterea prodiit hoc ipso tempore Halis editio Sophoclis, egregia supellectile variarum lectionum ab Io. Friderico Martino, docto iuvene, instructa: qua editione magno cum fructu utentur, qui Sophoclis tragoedias accuratius cognoscere volent. Invenient autem in ea editione nonnulla, quae a me neglecta sunt, ut commemoratam Lobeckii disputationem ad Phrynichum p. 39. seq. adversus scripturam *Εὐβοῖς*, quam proposuerat Elmsleius.

ΤΡΑΧΙΝΙΑΙ.

ΕΚ ΤΗΣ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ [1]) ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἡρακλῆς παραγενόμενος εἰς Καλυδῶνα, τὴν Οἰνέως θυγατέρα Δηϊάνειραν ἐμνηστεύσατο, καὶ διαπαλαίσας ὑπὲρ τῶν γάμων αὐτῆς πρὸς τὸν Ἀχελῷον ἀπεικασθέντα ταύρῳ, περιέκλασε τὸ ἕτερον [2]) τῶν κεράτων. καὶ τὴν μὲν Δηϊάνειραν γαμεῖ, τὸ δὲ κέρας Ἀχελῷος λαμβάνει, δοὺς ἀντὶ τούτου τὸ τῆς Ἀμαλθείας. Ἀμάλθεια δὲ ἦν Αἱμονίου θυγάτηρ, ἣ κέρας εἶχε ταύρου· τοῦτο δὲ, ὡς Φερεκύδης φησί, δύναμιν εἶχε τοιαύτην, ὥςτε ποτὸν ἢ βρωτὸν [3]) ὅπερ ἂν εὔξαιτό τις, παρέχειν ἄφθονον [4]). στρατεύει δὲ Ἡρακλῆς μετὰ Καλυδωνίων ἐπὶ

---

1) Lib. II. cap. 7. sect. 5.

2) τὸ ἀριστερὸν Turn. Steph. et vulgatae.

3) Iidem ὥςτε βρωτὸν ἢ ποτόν.

4) Ald. Iuntt. ἄπονον. Inde a Turnebo vulgatum ἄφθονόν τε καὶ ἄπονον.

Θεσπρώτους, καὶ πόλιν ἑλὼν Ἐφύραν, ἧς ἐβασίλευε Φύλας, Ἀστυόχῃ τῇ τούτου θυγατρὶ συνελθών, πατὴρ Τληπολέμου γίνεται. γενομένων δὲ τούτων εὐωχούμενος παρὰ Οἰνεῖ, κονδύλῳ παίσας ἀπέκτεινεν Εὔνομον τὸν Ἀρχιτέλους παῖδα κατὰ χειρῶν διδόντα· συγγενὴς δὲ οὗτος [5]) Οἰνέως. καὶ [6]) ὁ μὲν πατὴρ τοῦ παιδός, ἀκουσίου γενομένου τοῦ συμβεβηκότος, συνεγνωμόνει· Ἡρακλῆς δὲ κατὰ τὸν νόμον φυγὴν ὑπομένειν ἤθελε, καὶ δὴ ἔγνω [7]) πρὸς Κήϋκα εἰς Τραχῖνα ἀπιέναι. ἄγων δὲ Δηϊάνειραν, εἰς ποταμὸν Εὔηνον ἦλθεν, ἐν ᾧ καθεζόμενος Νέσσος ὁ Κένταυρος τοὺς παριόντας διεπόρθμευε μισθοῦ [8]), λέγων παρὰ θεῶν ταύτην τὴν πορείαν εἰληφέναι διὰ τὸ δίκαιος εἶναι. αὐτὸς μὲν οὖν Ἡρακλῆς τὸν ποταμὸν διέβη· Δηϊάνειραν δέ, μισθὸν αἰτηθείς, ἐπέτρεψε Νέσσῳ διακομίζειν [10]). ὁ δὲ πορθμεύων [11]) αὐτήν, ἐπεχεί-

5) οὗτος ἦν inde a Turnebo. Sic etiam Brunck.

6) ἀλλ' vulgo inde a Turnebo.

7) καὶ διέγνω vulgo inde a Turnebo.

8) διεπόρθμευε, μισθὸν vulgo. Eadem cum interpunctione μισθῷ Iunt. sec. Emendatum in ed. Brunck.

9) καὶ αὐτὸς μὲν a Turnebo vulgo.

10) κομίζειν ed. Brunck.

11) διαπορθμεύων a Turnebo vulgo.

ρει βιάζεσθαι. τῆς δὲ ἀνακραγούσης [12]) αἰσθόμενος, ἐξελθόντα Νέσσον ἐτόξευσεν εἰς τὴν καρδίαν. ὁ δὲ μέλλων τελευτᾶν, προςκαλεσάμενος Δηϊάνειραν, εἶπε τηρεῖν λαβοῦσαν ἐν κόχλῳ, εἰ θέλοι πρὸς Ἡρακλέα φιλίαν [13]) ἔχειν, τόν τε ἰὸν ἀφῆκε κατὰ τῆς κόχλου, καὶ τὸ ῥυὲν ἐκ τοῦ τραύματος τῆς ἀκίδος αἷμα συμμίξας δέδωκεν [14]). ἡ δὲ λαβοῦσα ἐφύλαττε παρ' ἑαυτῇ. διεξιὼν δὲ Ἡρακλῆς τὴν Δρυόπων χώραν, καὶ τροφῆς ἀπορῶν, ὑπαντήσαντος αὐτῷ Θειοδάμαντος βοηλατοῦντος, τὸν ἕτερον τῶν ταύρων λύσας καὶ [15]) σφάξας, εὐωχεῖτο [16]). ὡς δὲ ἧκεν εἰς Τραχῖνα πρὸς Κήϋκα, ὑποδεχθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, Δρύοπας κατεπολέμησεν. αὖθις ἐκεῖθεν [17]) Αἰγιμίῳ βασιλεῖ συνεμάχησε Δωριέων [18]). Λαπίθαι γὰρ περὶ γῆς ὅρων πρὸς αὐτὸν ἐπολέμουν,

---

12) ἀνακραξούσης Brunck. cum edd. inde a Turnebo.

13) φίλτρον πρὸς Ἡρακλέα Turn. et vulgatae. πρὸς Ἡρακλέα φίλτρον Brunck.

14) ἔδωκεν Brunck.

15) λύσας καὶ Turn. et vulgatae omittunt.

16) εὐωχήσατο Turn. vulgatae et Brunck.

17) αὖθις ἐκεῖθεν ὁρμηθεὶς Turn. et vulg. αὖθις δὲ ἐκεῖθεν ὁρμηθεὶς Brunck.

18) Δωριέων συνεμάχησε Turn. et vulg.

Κορώνου[19]) στρατηγοῦντος. ὁ δὲ, πολιορκούμενος, ἐπεκαλέσατο Ἡρακλέα βοηθὸν ἐπὶ μέρει τῆς γῆς. βοηθήσας δὲ Ἡρακλῆς[20]), ἀπέκτεινε Κόρωνον μετὰ καὶ[21]) ἄλλων, καὶ τὴν γῆν ἅπασαν ἐλευθέραν ἐποίησεν. ἀπέκτεινε δὲ καὶ Λαγόραν μετὰ τῶν παίδων, βασιλέα Δρυόπων, ἐν Ἀπόλλωνος τεμένει, Λαπιθῶν σύμμαχον[22]). παριόντα δὲ Ἴτωνα, εἰς μονομαχίαν προὐκαλεῖτο[23]) αὐτὸν Κύκνος ὁ Ἄρεος καὶ Πελοπίας· συστὰς δέ, καὶ τοῦτον ἀπέκτεινεν. ὡς δὲ εἰς Ὀρμένιον[24]) ἧκεν, Ἀμύντωρ αὐτὸν ὁ βασιλεὺς οὐκ εἴασε μεθ' ὅπλων παριέναι. κωλυόμενος δὲ παρελθεῖν, καὶ τοῦτον ἀπέκτεινεν.

---

19) Margo Turnebi *Κόρου* et paulo post *Κόρον*.

20) *ὁ Ἡρακλῆς* Turn. et vulg.

21) *καὶ* omittunt edd. ante Turn.

22) *Ἀλλαγόραν μετὰ τῶν τέκνων αὐτοῦ βασιλέα Δρυόπων ἐν Ἀπόλλωνος τεμένει δαινύμενον, ὑβριστὴν ὄντα καὶ Λαπίθων σύμμαχον* Turn. et vulg. *Ἀλλαγόραν* etiam edd. ante Turn. Brunckius *Λαγόραν* dedit, vulgatam sequutus, sed omissis verbis *αὐτοῦ βασιλέα Δρυόπων.*

23) Turn. et vulg. *προκαλεῖται.*

24) *Ὀρχομενὸν* libri, ut apud Apollodorum et Eudociam. Wesselingii emendatio recepta a Brunckio.

ἀφικόμενος δὲ εἰς Τραχῖνα, στρατιὰν [25]) ἐπ' Οἰχαλίαν συνήθροισεν, Εὔρυτον τιμωρήσασθαι θέλων. συμμαχούντων δ' Ἀρκάδων αὐτῷ καὶ Μηλιέων τῶν ἐκ Τραχῖνος, καὶ Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων, κτείνας μετὰ τῶν παίδων Εὔρυτον [26]), αἱρεῖ τὴν πόλιν, καὶ θάψας τῶν σὺν αὐτῷ στρατευσαμένων τοὺς ἀποθανόντας, Ἵππασον τὸν Κήϋκος, καὶ Ἀργεῖον καὶ Μέλανα, τοὺς [27]) Λικυμνίου παῖδας, καὶ λαφυραγωγήσας τὴν πόλιν, ἦγεν Ἰόλην αἰχμάλωτον. καὶ προσορμισθεὶς Κηναίῳ τῆς Εὐβοίας ἀκρωτηρίῳ, Διὸς Κηναίου ἱερὸν ἱδρύσατο. μέλλων δὲ ἱερουργεῖν, κήρυκα [28]) ἔπεμψε, λαμπρὰν ἐσθῆτα οἴσοντα. παρὰ τούτου δὲ τὰ περὶ τὴν Ἰόλην Δηϊάνειρα πυθομένη, καὶ δείσασα μὴ πάλιν ἐκείνην ἀγαπήσῃ, νομίσασα τῇ ἀληθείᾳ φίλτρον εἶναι τὸ ῥυὲν αἷμα τοῦ Νέσσου, τοῦ-

---

25) Ita Brunckius pro στρατείαν.

26) Verba τῶν Ἐπικνημιδίων κτείνας μετὰ τῶν παίδων Εὔρυτον omissa in Ald. et Iunt. pr. Habet Iuntina secunda, nisi quod τὰ pro μετὰ, et vulgatae.

27) τοῦ Ald. et Iuntinae.

28) εἰς Τραχῖνα Λίχαν τὸν κήρυκα vulgatae et Brunckius. Nihil horum nisi κήρυκα habet Iunt. sec. Sic etiam Ald. et Iunt. pr. sed hae εἰς Κήϋκα pro κήρυκα.

τῷ τὸν χιτῶνα ἔχρισεν. ὡς δὲ θερμανθέντος τοῦ χιτῶνος ὁ ἰὸς τῆς ὕδρας ἠσθίετο [31]), τὸν μὲν Λίχαν κατέβαλεν, εἰς Τραχῖνα δὲ ἐπὶ νεὼς κομίζεται. Δηϊάνειρα δὲ ἀχθεσθεῖσα [32]) ἑαυτὴν ἀνήρτησεν. Ἡρακλῆς δὲ ἐντειλάμενος Ὕλλῳ, ὃς αὐτῷ ἐκ Δηϊανείρας ἦν παῖς πρεσβύτερος, τὴν Ἰόλην ἀνδρωθέντα γῆμαι, παραγενόμενος [33]) εἰς Οἴτην, ὅ ἐστιν ὄρος Τραχῖνος, πυρὰν ποιήσας, ἐκέλευσεν ἐπιβὰς ὑφάπτειν· τοῦ δὲ μὴ θέλοντος, Ποίας παριὼν ἐπὶ ζήτησιν ποιμνίων, ὑφάψας, ἔλαβε τὰ τόξα παρ'

---

29) παρὰ δὲ τούτον Turn. et vulg.

30) Turn. vulgatae et Brunck. μὴ ἐκείνην μᾶλλον.

31) Ita edd. vett. vid. H. Steph. Thes. T. I. p. 1909. E. τὸν χρῶτα ἔσηπε Turn. et vulg. τοῦ χρωτὸς καθήπτετο Brunck. Sequentia inde a Turnebo sic edebantur: τὸν μὲν Λίχαν τῶν ποδῶν ἀράμενος κατηκόντισεν ἀπὸ τῆς Βοιωτίας· τὸν δὲ χιτῶνα ἀπέσπα προςπεφυκότα τῷ σώματι· συναπεσπῶντο δὲ καὶ αἱ σάρκες αὐτῷ· τοιαύτῃ δὲ συμφορᾷ κατασχεθεὶς, εἰς Τραχῖνα ἐπὶ νεὼς κομίζεται. Brunckius pro ἀπὸ τῆς Βοιωτίας habet εἰς τὴν θάλασσαν.

32) Sic edd. vett. et Brunck. Δηϊάνειρα αἰσθομένη οὖν τὸ γεγονὸς Turn. Δηϊάνειρα δὲ αἰσθομένη τὸ γεγονὸς Steph. et rell.

33) Edd. ante Turn. παραγενόμενος δὲ.

αὐτοῦ δωρεάν. καιομένης δὲ τῆς φλογὸς [34]), λέγεται νέφος ὑποστὰν μετὰ βροντῆς αὐτὸν [35]) εἰς οὐρανὸν ἀναπέμψαι [36])· ἔνθα τυχὼν ἀθανασίας, γήμας Ἥβην τὴν Ἥρας θυγατέρα, ποιεῖ παῖδας Ἀλεξιάρην καὶ Ἀνίκητον [37]).

---

34) Sic Ald. et Iunt. pr. πύρας Iunt. sec. πυρᾶς caeterae.

35) αὐτὸν omittunt edd. ante Turn.

36) ἀποπέμψαι Iunt. sec.

37) Turn. vulgatae et Brunck. ἔνθα τυχὼν ἀθανασίας, καὶ διαλλαγεὶς Ἥρᾳ, τὴν ἐκείνης θυγατέρα Ἥβην ἔγημεν, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες Ἀλεξιάρης καὶ Ἀνίκητος ἐγένοντο.

ΑΘΛΟΙ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ. [38])

Πρῶτα μὲν ἐν Νεμέᾳ βριαρὸν κατέπεφνε λέοντα.
Δεύτερον, ἐν Λέρνῃ πολυαύχενον ὤλεσεν ὕδραν.
Τὸ τρίτον αὖτ᾽ ἐπὶ τοῖς Ἐρυμάνθιον ἔκτανε κάπρον.

---

38) Hi versus, a Brunckio editi, non sunt in vulgatis libris.

Χρυσόκερων ἔλαφον μετὰ ταῦτ᾽ ἤγρευσε, τέταρτον.
Πέμπτον δ᾽, ὄρνιθας Στυμφηλίδας ἐξεδίωξεν.
Ἕκτον, Ἀμαζονίδος κόμισε ζωστῆρα φαεινόν.
Ἕβδομον, Αὐγείου πολλὴν κόπρον ἐξεκάθηρεν.
Ὄγδοον, ἐκ Κρήτης δὲ πυρίπνουν ἤλασε ταῦρον.
Ἐκ Θρήκης, ἔνατον, Διομήδεος ἤγαγεν ἵππους.
Γηρυόνου, δέκατον, βόας ἤλασεν ἐξ Ἐρυθείης.
Ἑνδέκατον δ᾽, ἀνάγει κύνα Κέρβερον ἐξ Ἀΐδαο.
Δωδέκατον δ᾽, ἤνεγκεν ἐς Ἑλλάδα χρύσεα μῆλα.
Θεστίεω θυγατρῶν τρισκαιδέκατος πέλεν ἆθλος.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.
ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.
ΥΛΛΟΣ.
ΧΟΡΟΣ ΠΑΡΘΕΝΩΝ ΤΡΑΧΙΝΙΩΝ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΛΙΧΑΣ.
ΤΡΟΦΟΣ.
ΠΡΕΣΒΥΣ.
ΗΡΑΚΛΗΣ.

ΤΡΑΧΙΝΙΑΙ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Λόγος μὲν ἔστ' ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανεὶς,
ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοις βροτῶν, πρὶν ἂν

---

1. Inepta grammaticorum curiositas, quasi ante Solonem hoc dictum dici nequiverit, hic anachronismum notavit. Vide Eustathium p. 361, 29. (273, 43.) Affert primos tres versus Stobaeus p. 562, 40. Φανεὶς ita est explicandi caussa adiectum, ut, quum dixerit λόγος ἔστ' ἀρχαῖος ἀνθρώπων, participium illud cogitatione referatur ad ἀρχαῖος.

2. Libri Sophoclis et Stobaeus ἐκμάθοι, quod et Matthiae adscivit in gramm. Gr. §. 522. et Seidlerus probat, ut bene conveniens cum iis, quae de se dicit Deianira; sensum esse enim, neminem ante, quam mortuus sit, vitam suam recte cognoscere. Ita si haec interpretamur, βροτῶν aut cum τὶς coniungendum est, quod durum videtur, aut cum αἰῶνα, quod eo offensurum esset, quia non aliorum quis, sed suam vitam dici debet non ante mortem cognoscere: nisi vellemus pro βρότειον αἰῶνα dici, quod ob illam ipsam ambiguitatem hic non aptum videtur. Accedit, quod τῷ in verbis οὔτ' εἴ τῳ κακός arguit, sententiam illam hic ita enunciatam ab Sophocle esse, ut fe-

θάνοι τις, οὔτ' εἰ χρηστός, οὔτ' εἴ τῳ κακός·
ἐγὼ δὲ τὸν ἐμόν, καὶ πρὶν εἰς Ἅιδου μολεῖν,
ἔξοιδ' ἔχουσα δυστυχῆ τε καὶ βαρύν.
ἥτις πατρὸς μὲν ἐν δόμοισιν Οἰνέως,
ναίουσ' ἔτ' ἐν Πλευρῶνι, νυμφείων ὄτλον

---

re ubique, i. e. ut de iudicanda aliorum vita intelligatur. Vide Herodotum I. 32. Sophoclem ipsum Oed. R. 1528. Plura exempla habet Stobaeus serm. CIII. Et Latini quoque, ut Ovidius Met. III. 135. sed scilicet ultima semper exspectanda dies homini, dicique beatus ante obitum nemo supremaque funera debet. Potest vero etiam *ἐκμάθοι* ad hunc modum accipi, intellecto *τίς*. Sed fatendum tamen, multo minus elegans esse, quam *ἐκμάθοις*, quod Brunckius ex cod. T. dedit, quodque Suidae cod. Leid. et edd. vett. in v. *αἰῶνα* habent. Favorinus *ἐκμάθῃς*. Itaque illud recepi. Nam quod Lennepio ad Phalar. p. 182. nemini debebat in mentem venire.

3. Cod. Paris. et Stobaeus ac Suidae cod. Leid. *θάνῃ*, quod si scripsit poeta, excidit ex oratione obliqua. Edd. Suidae servant *θάνοι*, omisso *τῳ*, quod etiam in cod. Leid. deest. De repetito *τὶς* monuit Porsonus in Add. ad Hec. p. 103. ed. Lips. In cod. Flor. scriptum *οὔτε χρηστός*.

7. Vulgo *ναίουσ' ἐνὶ Πλευρῶνι*, in qua scriptura non tam productio minus usitata, quam epicum *ἐνὶ* displicet: conf. Brunck. ad Eur. Orest. 446. Vitum Winshemium *ἔτ' ἐν* legisse suspicatur Erfurdtius, quod is ita verterit: cum adhuc habitarem in Pleurone. In Scholiis Rom. *ναίουσ' ἐν*. Cod. *ναίουσα δ' ἐν*. Cod. Paris. *ναίουσά γ' ἐν*. Vnde quis forsitan scribendum coniiciat *ναίουσά τ' ἐν*, ut constructio haec sit, *ἥτις ἐν πατρὸς δόμοισιν Οἰνέως ἔν τε Πλευρῶνι ναίουσα*. Sed tam exquisita verborum collocatio a simplicitate huius narrationis aliena

ἄλγιστον ἔσχον, εἴ τις Αἰτωλὶς γυνή.
μνηστὴρ γὰρ ἦν μοι ποταμός, Ἀχελῷον λέγω,
ὅς μ' ἐν τρισὶν μορφαῖσιν ἐξῄτει πατρός,
φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος

---

est, nec verisimile est, ita potius loquentem introductam esse Deianiram, quam ut quaevis alia mulier loquutura fuisset, *ἐν πατρὸς δόμοις ὄτλον νυμφείων ἔσχον*. Quare sic existimo, poetam vel *ἐνὶ Πλευρῶνι*, vel *ἔτι Πλευρῶνι*, vel *ἔτ' ἐν Πλευρῶνι* scripsisse. Quorum *ἐνὶ* minimam habet veri speciem, ut epicum, quo vix aliter usos tragicos reperias, quam in carmine chorico, ut Euripidem in Heracl. 893. et Iph. T. 1109. quo tamen in loco dubitari potest an *ἐπὶ* scriptum fuerit, quae etiam Elmsleii sententia est, eamdem particulam etiam in Heraclidarum versu positam fuisse suspicantis, quod non est credibile. *Ἔτι Πλευρῶνι* propter nomen proprium levem habet a productione offensionem; nullam *ἔτ' ἐν Πλευρῶνι*.

Ibid. Libri nonnulli *νυμφίων ὄκνον*. Et *ὄκνον* quidem consensu libri, quod sciam, servavitque Brunckius. *Ὄτλον*, lectionem in scholiis commemoratam, Stephanus, Canterus, aliique praetulerunt, merito, licet repugnante Musgravio, qui etsi recte *νυμφείων ὄκνον* metum nuptiarum interpretatur, male tamen *ὄτλον νυμφείων* de calamitate, in quam nupta ob peractas nuptias incidat, intelligendum contendit. Quidni enim etiam procus non acceptus molestiam faciat? Mihi *ὄκνον* primae editionis videtur, quod quum sentiret poeta minus aptum esse, quia de molestia potius, quam de metu hic dicendum erat, in altera recensione posuit *ὄτλον*.

8. Cod. Paris. *Αἰτωλός*.
10. Cod. Paris. *ἐξήτει*.
11. Cod. Flor. *τράγος* pro *ταῦρος*. *Ἐναργὴς*

δράκων ἑλικτός, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ κύτει
βούπρωρος· ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος
κρουνοὶ διερραίνοντο κρηναίου ποτοῦ.
τοιόνδ' ἐγὼ μνηστῆρα προσδεδεγμένη
δύστηνος, αἰεὶ κατθανεῖν ἐπευχόμην,
πρὶν τῆσδε κοίτης ἐμπελασθῆναί ποτε.
χρόνῳ δ' ἐν ὑστέρῳ μέν, ἀσμένῃ δέ μοι,
ὁ κλεινὸς ἦλθε Ζηνὸς Ἀλκμήνης τε παῖς·
ὃς εἰς ἀγῶνα τῷδε συμπεσὼν μάχης,
ἐκλύεταί με. καὶ τρόπον μὲν ἂν πόνων
οὐκ ἂν διείποιμ'· οὐ γὰρ οἶδ'· ἀλλ' ὅστις ἦν
θακῶν ἀταρβὴς τῆς θέας, ὃ δ' ἂν λέγοι.
ἐγὼ γὰρ ἤμην ἐκπεπληγμένη φόβῳ,
μή μοι τὸ κάλλος ἄλγος ἐξεύροι ποτέ.

---

dicit propter sequentia: *nunc aperte taurus*, i. e. integra tauri specie, nunc capite taurino homo.

12. Libri ἀνδρείῳ τύπῳ βούκρανος. Apud Strabonem X. p. 458. (705.) T. IV. p. 105. qui versus 9 et seqq. affert, ἀνδρείῳ κύτει βούπρωρος in plerisque et melioribus libris legitur, quod quum exquisitius sit, facile quis manum secundam poetae agnoscat. Ac βούπρωρον repetit Strabo paullo post, tauro comparari fluvium docens propter mugitum et cornua, quibus strepitus aquarum et flexus designentur, draconi autem propter longitudinem et curvaturam meatus. Suo more fabulam narrat Ovidius initio lib. IX. Metam.

13. Verba ἐκ δὲ δασκίου usque ad ποτοῦ affert Suidas in γενειάς.

23. Ἀταρβὴς τῆς θέας non, qui non reformidat spectare, sed quem spectatio non implet formidine. Exempla vide apud Schaeferum in Meletem. cr. p. 157. s. Tum vulgo ὅδ'. V. Buttmann. ad Philoct. 87.

24. Cod. Flor. Harl. et Ald. male ἥμην.

τέλος δ' ἔθηκε Ζεὺς ἀγώνιος καλῶς,
εἰ δὴ καλῶς. λέχος γὰρ Ἡρακλεῖ κριτὸν
ξυστᾶσ', ἀεί τιν' ἐκ φόβου φόβον τρέφω,
κείνου προκηραίνουσα. νὺξ γὰρ εἰςάγει,
καὶ νὺξ ἀπωθεῖ διαδεδεγμένη πόνον.
κἀφύσαμεν δὴ παῖδας, οὓς κεῖνός ποτε,
γήτης ὅπως ἄρουραν ἔκτοπον λαβών,
σπείρων μόνον προςεῖδε κἀξαμῶν ἅπαξ.
τοιοῦτος αἰὼν εἰς δόμους τε κἀκ δόμων
ἀεὶ τὸν ἄνδρ' ἔπεμπε λατρεύοντά τῳ.

---

28. Recte scholiastes *ξυστᾶσα* interpretatur *συνελθοῦσα*. Neque *λέχος κριτόν*, ut Wakefieldio videbatur, nominativi, sed accusativi sunt. Nam congressu iungitur connubium, quo fit ut *συστᾶσα*, ut quod notionem verbi *συνάψασα* in se contineat, eodem modo, ut illud verbum, construatur. Similiter Homerus, *ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν*. *Κριτὸν* dicit, quod Hercules ipsam prae aliis sibi uxorem legit.

29. Verbum *κηραίνειν* ex Sophocle adnotavit Eustathius p. 1710, 23. (Od. 472, 9.) Quae sequuntur, *νὺξ γὰρ εἰςάγει*, etc. citat schol. ad Ai. 866. et inde Suidas v. *πόνος*, apud quem male, *καὶ νὺξ ἀπωθεῖται, δεδεγμένον πόνον*.

31. Membranarum, Aldi, et aliarum vett. edd. scripturam recepi. Vulgo *κἄφυσα μὲν δή*, inutili particula *μέν*, quum *οὕς*, non *τούτους δὲ* dicat.

34. Brunckius ex cod. B. *ἐκ δόμων τε κεἰς δόμους*. Genuina caeterorum librorum scriptura. Inverti talia iam observavit Priscianus XVII. 9. p. 9. ed. Krehl. Hic vero etiam aptissime inversa sunt. Aberat enim domo Hercules: unde consentaneum erat id, quod nunc esset, postremum commemorari.

νῦν δ᾽ ἡνίκ᾽ ἄθλων τῶνδ᾽ ὑπερτελὴς ἔφυ,
ἐνταῦθα δὴ μάλιστα ταρβήσασ᾽ ἔχω.
ἐξ οὗ γὰρ ἔκτα κεῖνος Ἰφίτου βίαν,
ἡμεῖς μὲν ἐν Τραχῖνι τῇδ᾽ ἀνάστατοι
ξένῳ παρ᾽ ἀνδρὶ ναίομεν· κεῖνος δ᾽ ὅπου
βέβηκεν, οὐδεὶς οἶδε. πλὴν ἐμοὶ πικρὰς
ὠδῖνας αὐτοῦ προσβαλὼν ἀποίχεται·
σχεδὸν δ᾽ ἐπίσταμαί τι πῆμ᾽ ἔχοντά νιν.
χρόνον γὰρ οὐχὶ βαιόν, ἀλλ᾽ ἤδη δέκα
μῆνας πρὸς ἄλλοις πέντ᾽ ἀκήρυκτος μένει.
κἄστιν τι δεινὸν πῆμα· τοιαύτην ἐμοὶ
δέλτον λιπὼν ἔστειχε, τὴν ἐγὼ θαμὰ
θεοῖς ἀρῶμαι πημονῆς ἄτερ λαβεῖν.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

δέσποινα Δηάνειρα, πολλὰ μέν σ᾽ ἐγὼ
κατεῖδον ἤδη πανδάκρυτ᾽ ὀδύρματα
τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον γοωμένην·
νῦν δ᾽, εἰ δίκαιον τοὺς ἐλευθέρους φρενοῦν

---

38. Aliter scholiasta in argumento. Sophocles rem infra exponit v. 270 seqq.

40. Ceycem intelligit. v. Diodor. IV. 30. 37. Ὅπου Brunckius male in ὅποι mutaverat. Nam sensus est, ubi sit.

42. Non αὐτοῦ, ut in plerisque libris est, sed αὑτοῦ scribi volueram in Museo stud. antiq. I. p. 196. Nunc vulgatum servo.

49. De constructione v. Porsonum ad Phoen. 300. et Seidlerum ad Iph. Taur. 1061.

51. Mirum quod non feminina forma Ἡρακλείαν usus est, quae hic suavior ad aures accideret. Infra usurpavit eam v. 576.

γνώμαισι δούλαις, κἀμὲ χρὴ φράσαι τόσον·
πῶς παισὶ μὲν τοσοῖσδε πληθύεις, ἀτὰρ
ἀνδρὸς κατὰ ζήτησιν οὐ πέμπεις τινά,
μάλιστα δ' ὅνπερ εἰκὸς Ὕλλον, εἰ πατρὸς
νέμοι τιν' ὤραν, τοῦ καλῶς πράσσειν δοκεῖν;

---

53. Cod. Paris. qui *χρὴ* omittit, habet *τὸ σόν*, ut Porsonus volebat ad Med. 461. Vtramque scripturam memorat scholiastes. Non hic aptum *τὸ σόν*, quia sponte intelligitur, non convenire de aliorum rebus dici. Aptum vero *τόσον*, quod modestiae est et verecundiae. Locutio non rara: vide v. 569. et Lobeckium ad Ai. 747.

54. Quattuor enumerantur Deianirae filii a scholiasta ex Apollodoro II. 7, 8. ubi v. Heyn. Diodorus Siculus IV. 37. tres tantum nominat, *Ὕλλον, Γληνέα, Ὀδίτην*, quod postremum tamen nomen codd. non uno modo scriptum exhibent. Non videtur dubitari posse, quin qui hanc fabulam invenerunt, vini naturam formasque spectaverint, ut recte Diodorus Ctesippum omisisse censendus sit. *Ὕλλον* vinum significare initio aquosum, *Γληνὸν* sive *Γληνέα* clarum et splendidum, satis apertum est. *Ὀνείτην* quum vix credibile sit de residuis faecibus dictum esse, erit potius de vino annis roborato et ea re salubri intelligendum, ut dubitari possit, an verum nomen *Ὀνήτης* fuerit.

57. Cod. Paris. *δοκεῖ*. Frustra hic locus coniecturis tentatus est. Recte eum explicuit Matthiae in Gr. gr. §. 521. qui *νέμει* legendum censet, quod praebent cod. Flor. et Harl. Eumdem V. D. vide ad Eurip. Orest. 383. Non ausim tamen mutare *νέμοι*, quod cum reprehensione quadam dictum, recte dictum est. Quidni, inquit, filiorum aliquem mittis, maximeque Hyllum, quem aequum erat mitti, si curam aliquam gereret patris, an ille salvus videretur. Nam in unam notionem con-

ἐγγὺς δ' ὅδ' αὐτὸς ἀρτίπους θρώσκει δόμους;
ὥστ', εἴ τί σοι πρὸς καιρὸν ἐννέπειν δοκῶ,
πάρεστι χρῆσθαι τἀνδρὶ τοῖς γ' ἐμοῖς λόγοις.

---

iungendum est, πατρὸς τοῦ δοκεῖν καλῶς πράσσειν. Ita Demosthenes Ol. II. p. 19, 4. τούτων οὐχὶ νῦν ὁρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν: quod recte dicas Latine: horum non video opportunitatem dicendi. In censura Doederlini speciminis ed. trag. Soph. in diariis Lips. a 1814. m. Iulio n. 166. p. 1325. scribendum conieceram τοῦ κακῶς πράσσειν δοκεῖν. Nam habet hoc sane aliquid offensionis, si curam gereret ut videatur pater salvus esse, quum non ut videatur, sed ut sit salvus, curare debeat. Sed poterit tamen καλῶς defendi, modo in pronunciando ut praecipuum notetur. Ita enim idem erit quod μὴ κακῶς, ut, si plene dicere velis, dicendum sit, si curaret, ut ne male, quemadmodum nunc putamus, sed ut bene esse patri putemus. Caeterum de more aliquot libri ὥραν.

58. Erfurdtius ex Wakefieldii coniectura ediderat δόμοις. Neque opus est, et vix recte ita scriberetur. Sensus est: non longe hic a nobis hoc ipso temporis momento ad aedes accedit.

59. Pro εἴ τι σοὶ dedi εἴ τί σοι. Coniecerat etiam Seidlerus.

60. Vulgo τοῖς τ' ἐμοῖς λόγοις. Cod. Par. omittit τ'. Hoc si quis probabit, non recte tamen, me iudice, sic interpretabitur: ut liceat illi uti dictis meis. Quum enim Deianiram monuerit mulier, consentaneum est, hanc ut velit dictis suis uti. Quamobrem ita potius illa scriptura interpretanda erit: ut tibi uti viro liceat ita, quemadmodum dixi. Quumque id omnino dici debeat, et in vulgata scriptura insit molesta quaedam et parum elegans tautologia, si tibi vera dicere videor, licet tibi uti viro dictisque meis, deleto commate post τἀνδρί, τὲ in γὲ mutavi.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ὦ τέκνον, ὦ παῖ, κἀξ ἀγεννήτων ἄρα
μῦθοι καλῶς πίπτουσιν. ἥδε γὰρ γυνὴ
δούλη μέν, εἴρηκεν δ' ἐλεύθερον λόγον.

ΥΛΛΟΣ.

ποῖον; δίδαξον, μῆτερ, εἰ διδακτά μοι.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

σὲ πατρὸς οὕτω δαρὸν ἐξενωμένου
τὸ μὴ πυθέσθαι ποῦ 'στιν, αἰσχύνην φέρει.

ΥΛΛΟΣ.

ἀλλ' οἶδα, μύθοις γ' εἴ τι πιστεύειν χρεών.

---

63. Seidlerus comparabat Eurip. Cycl. 501. πλέως μὲν οἴνου, γάνυμαι δέ.

65. Valckenarius ad Phoen. 394. coniecerat σοὶ pro σέ, et mox φέρειν pro φέρει. Eum sequutus est Brunckius. Ac φέρειν quidem ferri posset, servatumque est ab Erfurdtio, qui quod τὸ μὴ non concoqueret, μηδὲν posuit: sed neque φέρει cur mutaretur, caussa erat satis idonea, et τὸ μὴ πυθέσθαι dictum est rectissime, quod intellexit Erfurdtius ad Antigonam ed. mai. p. 311. in qua v. 710. ibi est:

ἀλλ' ἄνδρα, κἤν τις ᾖ σοφός, τὸ μανθάνειν
πόλλ', αἰσχρὸν οὐδέν.

Vide quae dixi ad Aiacem v. 114. Σὲ initio positum, quia hunc potissimum illud agere oportebat. V. v. 56. Construe enim, τὸ μὴ πυθέσθαι σέ, quod moneo propter Elmsleium, qui ad Heracl. 657. hunc locum aliis longe diversis iungens, σὲ pro σοὶ habere hunc versum dicit: quod non video quomodo intelligi voluerit.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

καὶ ποῦ κλύεις νιν, τέκνον, ἱδρῦσθαι χθονός;

ΥΛΛΟΣ.

τὸν μὲν παρελθόντ' ἄροτον, ἐν μήκει χρόνου
Λυδῇ γυναικί φασί νιν λάτριν πονεῖν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

πᾶν τοίνυν, εἰ καὶ τοῦτ' ἔτλη, κλύοι τις ἄν.

ΥΛΛΟΣ.

ἀλλ' ἐξαφεῖται τοῦδέ γ', ὡς ἐγὼ κλύω.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ποῦ δῆτα νῦν ζῶν, ἢ θανών γ', ἀγγέλλεται;

ΥΛΛΟΣ.

Εὐβοΐδα χώραν φασὶν, Εὐρύτου πόλιν,
ἐπιστρατεύειν αὐτὸν, ἢ μέλλειν ἔτι.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ἆρ' οἶσθα δῆτ', ὦ τέκνον, ὡς ἔλειπέ μοι

---

68. Cod. Par. non male, *τέκνον νιν.*

70. Non temere Omphalae mentionem facit poeta, sed ut ea re aliquid suspicionis iniiciatur Deianirae, quo magis deinde propter Iolen sibi metuat.

73. Abest γ' in libris plerisque, quod ex cod. B. addidit Brunckius. Aptissima hic est particula. Nos diceremus, o d e r g a r g e s t o r b e n.

74. Elmsleio ad Heracl. 94. *Εὐβῴδα* scribendum videtur. Quem non ausim sequi, quum neque Etymologicum M. neque Stephanus Byzantinus quidquam de tali forma adnotaverint.

76. Imperfectum verbi *λείπειν* saepe a criticis in

μαντεῖα πιστὰ τῆσδε τῆς χώρας πέρι;

ΥΛΛΟΣ.

τὰ ποῖα, μῆτερ; τὸν λόγον γὰρ ἀγνοῶ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν,
ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον, εἰς τὸν ὕστερον,
τὸ λοιπὸν ἤδη βίοτον εὐαίων᾽ ἔχειν.
ἐν οὖν ῥοπῇ τοιᾷδε κειμένῳ, τέκνον,
οὐκ εἶ ξυνέρξων, ἡνίκ᾽ ἢ σεσώσμεθα,

---

aoristum mutatum video, opinor, quod a relinquendo continuationis notio abhorrere videretur. Sed λείπειν ubi est *remanere facere*, facile hanc notionem admittit ratione habita rei remanentis vel relictae. SEIDLER.

80. Ita in Electra 1075. τὸν ἀεί, ut minime opus sit Reiskii coniectura εἰς τό γ᾽ ὕστερον.

81. Praetuli τὸ λοιπὸν, quod ex Rom. C. affert Elmsleius ad Eurip. Med. 1096. Vulgo τὸν λοιπόν. Infra v. 168. τὸ λοιπὸν ἤδη ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ.

83. Libri, ut edidimus. Brunckius ex Canteri coniectura hos versus ita scriptos dedit:

οὐκ εἶ ξυνέρξων, ἡνίκ᾽ ἢ σεσώσμεθα
κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ᾽ ἅμα,
καὶ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος.

Versum 84. deleri iusserat R. Bentleius. Idem fecit Dobraeus, (v. Porsoniana Kiddii p. 218.) natum eum ex interpretatione vocis οἰχόμεσθα ratus, quod nemini facile persuadeat. Immo, si quidquam, manifestum est, diversarum hic recensionum verba coniuncta esse, quarum altera versum 84, altera 85. habuit. Si quid video, primae editionis fuit hic, ἢ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος. Quae Sophocles quum videret minus apte dicta

[ἢ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος;]
κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα;

ΥΛΛΟΣ.

ἀλλ' εἶμι, μῆτερ· εἰ δὲ θεσφάτων ἐγὼ
βάξιν κατῄδη τῶνδε, κἂν πάλαι παρῆν.
[νῦν δ' ὁ ξυνήθης πότμος οὐκ ἐᾷ πατρὸς
ἡμᾶς προταρβεῖν, οὐδὲ δειμαίνειν ἄγαν.]

---

esse, quod de Deianira minus grave verbum *πίπτομεν*, de Hercule autem nimis grave, *ἐξολωλότος*, idque sine ulla caussa posuisset, emendavit locum, alio posito versu, qui utroque vitio liber esset, ac potius pro diro aliquo Herculis interitu id commemoraret, quod maxime optabat Deianira.

88. Brunckius v. 88. 89. collocavit post v. 91. et scripsit *ἀλλ' ὁ ξυνήθης πότμος*, quo sane id est consequutus, ut neque *νῦν δὲ* ante *ὁ ξυνήθης πότμος* offenderet, et recte procederet ordo sententiarum. Sed sive *ἀλλ'* illud reponeret, sive ferret *νῦν δέ*, manere in sede sua poterant versus, si *ἐᾷ* in *εἴα* mutaretur, quod Vauvillersio et Billerbeckio, mihique ipsi aliquando in mentem venerat. Ita enim hoc diceret Hyllus: s i s c i s s e m, q u o d n a r r a s, p r i d e m a f f u i s s e m: n u n c a u t e m s o l i t a p a t r i s f o r t u n a n o n s i n e b a t m e m e t u e r e: u t v e r o n u n c e x t e a u d i o, n o n c u n c t a b o r r e m c o g n o s c e r e. At hic quoque nihil mutandum, sed primae editionis verba eiicienda esse, satis arguere videtur repetitum *νῦν δέ*. Quod nisi magnopere fallor, illius editionis erant v. 88. 89. iisque finiebatur Hylli oratio. Sed quum videret poeta, consolationem illam facere, ut Hyllus parum sollicitus de patre esse videatur, aliam posuit eamque talem sententiam, in qua nihil esset, quod quis vituperaret.

νῦν δ', ὡς ξυνίημ', οὐδὲν ἐλλείψω τὸ μὴ οὐ
πᾶσαν πυθέσθαι τῶνδ' ἀλήθειαν πέρι.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

χώρει νυν, ὦ παῖ. καὶ γὰρ ὑστέρῳ τό γ' εὖ
πράσσειν, ἐπεὶ πύθοιτο, κέρδος ἐμπολᾷ.

ΧΟΡΟΣ.

Ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζομένα — στροφὴ α'.
τίκτει, κατευνάζει τε, φλογιζόμενον
Ἅλιον, Ἅλιον αἰτῶ

---

90. *Οὐ* in fine versus, quo libri carent, recte addidit Brunckius.

92. Hoc dicit: etiam serius venienti prosperae quidem res, ubi de iis audierit, lucrum afferunt. Quia haec ita dixit, ut ad quemvis, non ad solum Herculem spectarent, non potuit *ἐπὴν πύθηται* dicere. Nam eo certum factum respici indicaretur. Apertum est autem, *τὸ εὖ πράσσειν* non eius intelligi, qui comperiat, sed illius, de quo comperiat.

94. Tetigit hoc carminis chorici initium Eustathius p. 22, 30. 814, 22. 1430, 1. (17, 23. 737, 25. Od. 74, 5.) Lexicon in Bekkeri Anecd. p. 359, 3. *αἰόλη νὺξ, ἤτοι μέλαινα, ἢ ποικίλη διὰ τὰ ἄστρα.* Eadem habet Hesychius, auctoris et fabulae nomen addens, et Suidas. Prior interpretatio plane inepta. Vera est altera, quam affert etiam Eustathius, cui tamen etiam quae *θοὴ νὺξ* Homero dicitur, intelligi posse visa est. Hausit illa e scholiis. Quae Sophocli *αἰόλη*, Aeschylo est *ποικιλείμων*, Prom. 24. De eo, quod ex nocte dies, ex die nox nascitur, Valckenarius Theodectae aenigma adscripsit, quod commemoratum est ab Athenaeo X. p. 451. F. comparant etiam haec in Oed. Col. 617. *μυρίας ὁ μυρίος χρόνος τεκνοῦται νύκτας ἡμέρας τ' ἰών.*

τοῦτο καρῦξαι, τὸν Ἀλκμή-
νας, πόθι μοι πόθι παῖς
ναίει ποτ', ὦ λαμπρᾷ στεροπᾷ φλεγέθων;
ἢ ποντίους αὐλῶνας, ἢ
δισσαῖσιν ἀπείροις κλιθείς,

---

97. Cod. Harl. Ald. et Iuntinae τούτῳ. Male Brunckius τοῦτο ad αἰτῶ retulit. Alii omissa interpunctione, quo referri voluerint, incertum reliquere. Friget vero, coniunctum cum αἰτῶ; vim habet, relatum ad καρῦξαι. Sic etiam Seidlero placet, qui comparat Aeschyl. Choeph. 190. Eurip. Hippol. 1112. Alc. 37. Heracl. 745. Praeterea sic etiam numeri suadent. Τὸν Ἀλκμήνας πόθι μοι παῖς ναίει, pro τὸν Ἀλκμήνας παῖδα, πόθι μοι ναίει dictum, aliis huiusmodi exemplis adhibuit Porsonus ad Hec. 1038. monens, quum παῖδα intelligi iubeat scholiastes, Aldus autem πόθι μοι, πόθι μοι παῖς habeat, etiam hoc, eiecto παῖς, admitti posse, sed praestare alterum. Aldi scripturam etiam Iuntinae habent et cod. Flor. In Paris. est πόθι πόθι πόθι μοι παῖς. Eximia arte haec stropha ita composita est, ut liberior orationis constructio in singulis partibus aptissima sit ad exprimendum magnum desiderium. Satis habeo id verbo indicasse: non potest enim latere, si quis accuratius considerare voluerit.

101. Brunckius δισσαῖς ἀπείροις, pravis numeris. Ald. cum plerisque codd. δισσαῖσιν ἀπείροισι, quod verum est, dempta una littera. Doriis haec epitri is una numeri perpetuitate usque ad finem strophae decurrunt. Duas continentes Asiam et Europam intelligi debere, in quas multi veterum omnem terrarum orbem diviserunt, pluribus demonstravit Schaeferus in Melet. cr. p. 56. 9. κλιθεὶς dictum ad exemplum Homeri, i a c e n s, c o m m o r a n s.

εἴπ', ὦ κρατιστεύων κατ' ὄμμα.
ποθουμένᾳ γὰρ φρενὶ πυνθάνομαι ἀντιστρ. ά.
τὰν ἀμφινεικῆ Δηϊάνειραν ἀεὶ,
οἷά τιν' ἄθλιον ὄρνιν,
οὔ ποτ' εὐνάζειν ἀδακρύ-

---

102. Scholiastes: ὦ νικῶν πάντας τοὺς θεοὺς κατὰ τὸ ὀπτικόν. Videtur haec vera interpretatio esse. Neque enim satis recte hunc usum praepositionis κατὰ a poetis abiudicavi in Museo stud. antiq. I. p. 168. sed ita potius debebam dicere, ubi distincte loqui vellent, addere eos praepositionem. Quare in Oed. R. 1087. nunc vulgatam interpretationem probo. Κατ' ὄμμα plerumque est coram, in conspectu, in os: ut apud Eurip. Androm. 1065. 1118. Rhes. 421. alibi interdiu, ut in Bacch. 469. πότερα δὲ νύκτωρ σ', ἢ κατ' ὄμμ' ἠνάγκασεν; alibi etiam specie oris, ut in Trach. 379. Hic quidem dicit chorus: o qui oculorum lumine emines. Sol enim, ut qui cuncta videat, optime dicere potest, ubi sit Hercules. Ita idem in Homerico hymno Cereris interrogatur, quis Proserpinam rapuerit.

103. Insolentius quidem media forma dixit Sophocles ποθουμένᾳ pro ποθούσῃ, sed temerarius foret, qui id corrigere auderet. Defendit Eustathius p. 806, 37. (727, 11.) allatis pluribus similibus exemplis. Nec repudiavit H. Stephanus de dial. Att. p. 65.

105. Fuerunt, ut scholiastes refert, qui legerent τιν' ἅλιον ὄρνιν, halcyonem intelligentes. Sed hoc metro repugnat.

106. Male scholiastes ἀδακρύτων interpretatur πολυδακρύτων. Immo, ut saepe faciunt poetae, indicatur hoc verbo id, quod efficiendum est: εὐνάζειν τὸν πόθον τῶν βλεφάρων, ὥστε γίγνεσθαι αὐτὰ ἀδάκρυτα. Vide Seidlerum ad Eurip. El.

τῶν βλεφάρων πόθον, ἀλλ'
εὔμναστον ἀνδρὸς δεῖμα φέρουσαν ὁδοῦ
ἐνθυμίοις εὐναῖς ἀναν-

---

442. et additam. ad Viger. p. 897. et not. ad Sophocl. Electr. 135.

108. Libri omnes *φέρουσαν*. Casaubonus ad Athen. p. 549. eleganter *τρέφουσαν*, quod verbum usitatissimum est Sophocli. Recepit hoc Brunckius, et sequerer ipse, nisi ex coniectura tantum videretur Casaubonus scripsisse: „vetus lectio fuit *τρέφουσαν*, vera sine dubio." Nunc servandam puto vulgatam. Quantumvis enim amet Sophocles verbum illud *τρέφω*, ut iam ab antiquis observatum est, tamen aliquando etiam, ubi potuerat eo uti, *φέρω* praetulit. Ut in Oed. R. 93. *τῶνδε γὰρ πλέον φέρω τὸ πένθος, ἢ καὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς πέρι.* Quamquam hoc quidem et potest aliter accepi, et fuerunt qui aliter interpretarentur. Sed certius exemplum in eadem fabula est v. 863. *εἴ μοι ξυνείη φέροντι μοῖρα τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων ἔργων τε πάντων.* Seidlero videtur *φέρουσαν* significare f e r e n t e m, i a c t a n t e m, c o m m e m o r a n t e m. Caeterum pro *εὔμναστον* ex Livineii libro littera p. notato affertur *αἰείμναστον*, quod coniectoris videtur esse.

109. Male in scholiis Romanis editum *εὐθυμίοις*. Ad sensum quod attinet, etsi verba ita construi possunt, *εὔμναστον ἀνδρὸς δεῖμα τρέφουσαν τρύχεσθαι εὐναῖς ἀνανδρώτοις, ἐνθυμίοις ὁδοῦ*, tamen neminem tam invenustum fore puto, quem non numeri ita in verbo *ὁδοῦ* finiti, ut etiam hiatus pausam fieri iubeat, coniungendum hoc nomen cum praecedentibus esse moneant. Ex quo intelligitur, reliqua sic esse intelligenda, *τρύχεσθαι ἐνθυμουμένην εὐνὰς ἀνανδρώτους.* Caeterum *ἀνανδρώτοισι* Ald. et edd. veterrimae. Turn. atque aliae *ἀνανδρώτοις*, quod non debebat servare Brunckius. Copulam *τ'*, omissam in anti-

δρώτοισι τρύχεσθαι, κακὰν
δύστανον ἐλπίζουσαν αἶσαν.
πολλὰ γὰρ ὥςτ' ἀκάμαντος — στροφὴ β'.
ἢ Νότου ἢ Βορέα τις
κύματ' ἐν εὐρεῖ πόντῳ
βάντ' ἐπιόντα τ' ἴδῃ,
οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ
τρέφει, τὸ δ' αὔξει βιότου

---

quis, post εὐναῖς Turn. et quae hunc sequuntur, addunt, etiam Canteriana, de qua falsa retulit Erfurdtius.

114. Ald. et veteres libri κύματ' εὐρεῖ. Turn. et quae hunc sequuntur, κύματα εὐρεῖ. Brunckius ex coniectura εὐρεῖ κύματα. At multo lenius corrigi hoc potuit, κύματ' ἐν εὐρεῖ, quod fecit Erfurdtius.

115. Legendum ἴδῃ. Il. B. 462. 475. Heynii Exc. I. ad Il. IX. Hinc explicandum ἐκπέσῃ Eurip. Hec. 1019. quod Porsonus a suppresso ἦν vel ὅταν pendere opinabatur. Bacch. 1065. ERFURDT. Recte. Libri ἴδοι, quod cave defensum eas exemplis, quale hoc est Aristophanis in Av. 180. ὥςπερ εἴποι τις, τόπος. quorum similia attulit Reisigius in commentat. de particula ἂν p. 125. Latini quidem ad utrumque genus, quum optativo careant, coniunctivum adhibent, sed diversa tamen potestate. Alterum enim est sumentis fieri aliquid, alterum non improbantis si fiat. Sed de his alibi explicatius dicam.

117. In explicatione huius loci haeserunt et veteres et recentiores interpretes, licet facillimus sit. Δὲ post οὕτω in apodosi positum, neque αὔξει pro αὔξεται dictum. Nam nominativus est πέλαγος Κρήσιον. Nam ut quis continuos in mari fluctus videt, ita quasi Creticus quidam pontus Herculem habet, auget-

πολύπονον, ὥςπερ πέλαγος
Κρήσιον. ἀλλά τις θεῶν
αἰὲν ἀναμπλάκητον Ἅι-
δα σφε δόμων ἐρύκει.
ὧν ἐπιμεμφομένα σ᾽, ἁ- ἀντιστρ. β΄.

---

que eius labores. Indicavi iam ad Vigerum adnot. 150.

118. Triclinii recensio male ὥςτε.

120. Codd. et edd. ἀμπλάκητον. Hesychius: ἀπλάκητον, ἀναμάρτητον. Σοφοκλῆς Τραχινίαις. In scholiis Romanis scriptum: ἈΜΠΛΑΚΙΟΝ. ἄπταιστον. Illud ἀπλάκητον Abreschio auctore recepit Brunckius. Scribendum est ἀναμπλάκητον, ut monui in libro de em. rat. Gr. gr. p. 19. vel metri indicio. Vsus hac voce Sophocles etiam in Oed. R. 472. nisi quod ibi correpta secunda syllaba est ἀναπλάκητοι. Illic quoque Brunckius, multoque peius quam hic, suum ἀπλάκητοι posuit. Ἀμπλάκητος est aberrans: idque hic quidem dici potuerat, hoc sensu: deorum aliquis semper eum retinet, ut aberret ab Orco, i. e. ut ne inveniat mortem. Sed mira tamen haec ratio loquendi foret, quae magis in eum quadraret, qui quaereret mori. Ἀναμπλάκητον contra si dixit, verbo usus est aptissimo, quod quum non aberrantem significet, apparet non ad Ἅιδα δόμων, sed ad divinum praesidium referendum esse: ita eum deus aliquis ab Orco arcet, ut numquam huius praesidio destituatur.

122. Codd. Flor. Harl. Ald. et aliae edd. vett. ἐπιμεμφομένας. In nomine ἀδεῖα mirum haesisse interpretes: quin Brunckius pluralem esse voluit, contra leges grammaticas, certe Atticorum. Defendit Buttmannus gramm. Gr. vol. I. p. 253. sed quos affert, Theocr. I. 95. apud eum ἀδεῖα femi-

δεῖα μὲν, ἀντία δ' οἴσω.
φαμὶ γὰρ οὐκ ἀποτρύειν
ἐλπίδα τὰν ἀγαθὰν
χρῆναί σ'. ἀνάλγητα γὰρ οὐδ'
ὁ πάντα κραίνων βασιλεὺς
ἐπέβαλε θνατοῖς Κρονίδας.
ἀλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ

---

nimium est, Aratus autem v. 1068. si *θήλεια* genere neutro dixit, ut Alexandrini solent, captavit, quod aliquando aliquis vetustissimorum sibi indulsisset, quale est *ὀξεῖα χρέμισαν*, neglectum a Buttmanno, in Scuto Herculis v. 348. quod ita scriptum exstat etiam in Etymol. M. p. 814, 45. Musgravius *αἰδοῖα* coniecit, non male. Notandum tamen, hac voce Aeschylum, antiqui sermonis sectatorem, saepius usum esse, nusquam, quod sciam, Sophoclem aut Euripidem. *Ἡδὺς* nunc est, qui aliis suavis est, acceptus, ut in Electra 929.; nunc, cui ipsi suave est, laetus, lubens, ut in Oed. R. 82. Hoc ergo dicit: quorum caussa succensens tibi, lubens quidem, sed contraria afferam: i. e. propter illam aerumnosam, sed deorum praesidio tutam Herculis sortem ego, improbans querelas tuas, laeta quidem et lubens, sed tamen contradicam.

124. Suidas: *ἀποτρύειν. Σοφοκλῆς· οὐκ ἀποτρύειν ἐλπίδα τὴν ἀγαθὴν χρῆναί σε. ἀνάλγητα γὰρ, οὐδ' ὁ πάντα κραίνων βασιλεὺς ἀπέβαλε θνητοῖσι Ζεύς.*

126. Scholiastes: *οὐδὲ γὰρ ἄλυπα τοῖς ἀνθρώποις ὁ Ζεὺς τὰ πράγματα πεποίηκε.* At *οὐδὲ* non potest postponi. Exspectes hic *οὐχ*, sed recte tamen dixit *οὐδέ*, quod ad Iovem referendum. Doloris vacua ne Iuppiter quidem dedit mortalibus. Sed cavendum, ne quis hoc

πᾶσι κυκλοῦσιν, οἷον ἄρ-
κτου στροφάδες κέλευθοι.
μένει γὰρ οὔτ᾽ αἰόλα ἐπῳδός.
νὺξ βροτοῖσιν, οὔτε Κῆρες,
οὔτε πλοῦτος· ἀλλ᾽ ἄφαρ βέ-
βακε· τῷ δ᾽ ἐπέρχεται

---

perperam intelligat. Nam hoc vult: oportet te in dolendo etiam bonae spei locum concedere: nam vacuitatem doloris etiam qui res hominum gubernat, Iuppiter, non dedit mortalibus, sed voluit, ut laetis adversa temperarentur. Caeterum Ald. et alii libri veteres ἐπέβαλλε. Triclinii recensio autem ὁ πάντων κραίνων. Ita οὐδὲ v. 280. et μηδὲ v. 367.

130. Ald. et vett. libri κυκλοῦσιν. Triclinii recensio, quam hic sequutus est Brunckius, male κυκλοῦσ᾽. Vrsam hic scholiastae quidem utramque intelligunt. Id si voluisset poeta, ἄρκτων scripsisset. Habuit ille in mente Homeri notissimos versus: ἄρκτον θ᾽, ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν, ἥτ᾽ αὐτοῦ στρέφεται, καί τ᾽ Ὠρίωνα δοκεύει· οἴη δ᾽ ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο: Iliad. σ. 487. Od. ε. 273. Neque ἐπικυκλοῦσιν a poeta dictum puto, ut sit ἐπέρχονται, sed proprie κυκλοῦσιν ἐπὶ πᾶσιν, super omnibus circumvolvuntur. Eo fine enim Vrsae similitudine utitur, ut, quemadmodum haec numquam non supra nos in caelo vertitur, ita super capitibus nostris etiam bona ac mala perpetuo gyro verti dicat.

132. Κῆρες. συμφοραί. Hesychius.

134. Ald. et vett. libri βέβακε. Tricliniani βέβηκε.

135. In antiquis libris commate post πλοῦτος, colo post βέβακε distinctum. Ita βέβακε ad praecedentia, noctem, infortunium, opes referendum,

χαίρειν τε καὶ στέρεσθαι.
ἃ καὶ σὲ τὰν ἄνασσαν ἐλπίσιν λέγω
τάδ' αἰὲν ἴσχειν· ἐπεὶ τίς ὧδε
τέκνοισι Ζῆν' ἄβουλον εἶδεν;

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Πεπυσμένη μέν, ὡς ἐπεικάσαι, πάρει,
πάθημα τοὐμόν· ὡς δ' ἐγὼ θυμοφθορῶ,

ἐπέρχεται autem putandum esset sine casu positum esse, τῷ δὲ cum χαίρειν coniuncto, pro ἐπέρχεται δὲ τῷ μὲν χαίρειν, τοῦ δὲ στέρεσθαι. Simplicior Seidleri sententia est, commate post βέβακε distinguentis, et ad βέβακε intelligentis τῷ μέν, ut sensus sit, ἀλλὰ τῷ μὲν ἄφαρ βέβακε, τῷ δὲ ἐπέρχεται τὸ χαίρειν τε καὶ στέρεσθαι. Comparat ille Oed. Col. 614. τοῖς μὲν γὰρ ἤδη, τοῖς δ' ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ τὰ τερπνὰ πικρὰ γίγνεται καὖθις φίλα. Distinxi ita, sed tamen βέβακε ad praecedentia referendum puto. Interpretor ita: nec nox manet mortalibus, neque res adversae, neque opes: sed cito relinquunt, et ad alium accedit gaudere privarique.

137. Posset quidem ἃ simpliciter intelligi quae, repetito deinde pronomine: et sic voluisse videtur scholiastes. Sed praestat tamen, ut ego quidem puto, ἃ interpretari quapropter, τάδε autem referre ad ea, in quibus totum carmen versatur, Herculem salvum rediturum esse.

140. Scripsi ἐπεικάσαι, ut, nisi fallor, etiam Erfurdtius legi volebat. Libri ἀπεικάσαι. Eodem errore apud Suidam in v. ἱρὸν scriptum in versu Sophoclis Oed. Col. 16. ubi hodie ὡς σάφ' εἰκάσαι legitur. Recte dixit ἀπεικάσαι Euripides Orest. 1290. ed. Pors. Ἑλένης τὸ κώκυμ' ἐστίν, ὡς ἀπεικάσαι. Comparatur enim ibi, quae audita erat vox, cum voce Helenae.

141. Verbum θυμοφθορεῖν ex h. l. commemorat Eustathius p. 575, 10. (437, 5.)

μή τ' ἐκμάθοις παθοῦσα· νῦν δ' ἄπειρος εἶ.
τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται
χώροις, ἵν' αὑτοῦ, καί νιν οὐ θάλπος θεοῦ,
οὐδ' ὄμβρος, οὐδὲ πνευμάτων οὐδὲν κλονεῖ,

---

142. Harl. Flor. Ald. aliique veteres libri *παροῦσα*, quod alienum ab hoc loco. Iuntina secunda et Tricliniana recensio recte *παθοῦσα*, quod merito receptum ab editoribus recentioribus. Cod. Harl. *νῦν τ' ἄπειρος εἶ*, ut Schaeferus coniecit. At multo hic melior est vulgata *νῦν δ' ἄπειρος εἶ*. Hanc enim, ut potiorem sententiam, iam non ut partem cum priore coniungit, sed opponit ei, quod vel vocabulum *νῦν* arguit. Aliter enim satis erat dicere *ἄπειρός τ' εἶ*.

144. Vulgo *χώροισιν αὐτοῦ*. Cod. Flor. *αὑτοῦ*. Vtramque scripturam commemorat scholiastes. Apertum est, quum *τοιοῖσδε* dixerit, debuisse addi, quales intelligi vellet. Ex quo quum appareat, emendatione locum indigere, cavendum erat, ne in loco, in quo iam veteres critici haesissent, ulla mutatio fieret, quae non tam lenis esset, ut pro nulla haberi posset. Id mihi videor reperisse, *χώροις, ἵν' αὑτοῦ* scribendo, et post ea verba commate ponendo. In antiquissimis libris nulla ibi interpunctio, in sequioribus coli signum est. Qui similiter haec tentabat, Musgravius, *ἵν' αὐτοῦ χλοῦνιν* reponi volens, sanando vulnere novum vulnus fecit. Sensus est: i u v e n i l i s a e t a s h u i u s m o d i i n l o c i s p a s c i t u r, u b i s u i i u r i s e s t, n e q u e a u t a e s t u a u t i m b r e a u t v e n t i s v e x a t u r, s e d i u c u n d a m a g i t e t l a b o r i s e x p e r t e m v i t a m. Confirmatur hoc iis, quae opponuntur. Nam virgo, simulatque nupsit, paret necessitati, curisque angitur et sollicitudinibus. *Ἐξαίρει* videtur cum *ἄμοχθον* coniungendum esse: v i t a m e x i g i t i n-

ἀλλ' ἡδοναῖς ἄμοχθον ἐξαίρει βίον,
ἐς τοῦθ', ἕως τις ἀντὶ παρθένου γυνὴ
κληθῇ, λάβῃ τ' ἐν νυκτὶ φροντίδων μέρος,
ἤ τοι πρὸς ἀνδρὸς ἢ τέκνων φοβουμένη.
τότ' ἄν τις εἰσίδοιτο, τὴν αὑτοῦ σκοπῶν
πρᾶξιν, κακοῖσιν οἷς ἐγὼ βαρύνομαι.
πάθη μὲν οὖν δὴ πόλλ' ἔγωγ' ἐκλαυσάμην·
ἓν δ' οἷον οὔπω πρόσθεν, αὐτίκ' ἐξερῶ.
ὁδὸν γὰρ ἦμος τὴν τελευταίαν ἄναξ
ὡρμᾶτ' ἀπ' οἴκων Ἡρακλῆς, τότ' ἐν δόμοις
λείπει παλαιὰν δέλτον ἐγγεγραμμένην

---

c u n d i t a t i b u s, u t v a c u a s i t l a b o r e. Saepe verbum illud *ἐξαίρων* de erecto animo dicitur, neque hic, quum vita erigi dicitur, id aliud est, quam alacri atque erecto spe ac fiducia animo vivere. *Χῶρος* alia metaphora v. in fragm. inc. 82.

149. *Ἐν νυκτὶ* non est ad *λάβῃ* referendum, ut dicat, u s q u e d u m q u a e n o c t e e a, q u a m a r i t o c o n i u n g i t u r, c u r a s a c c i p i a t: quemadmodum in Terei fragm. VII. *ἐπειδὰν εὐφρόνῃ ζεύξῃ μία*, aut apud Homerum Od. σ. 271. *νὺξ δ' ἔσται, ὅτε δὴ στυγερὸς γάμος ἀντιβολήσει οὐλομένης ἐμέθεν.* Sed coniungenda sunt verba illa cum *φροντίδων*, ut sensus sit, n o c t u r n a s c u r a s. Vide supra v. 29.

150. Codd. Harl. Flor. *τόδ'*, male. Masculino *αὑτοῦ* utitur, quia universe enunciata sententia est. Vide ad Viger. adnot. 50. Ita Seidlero in Eurip. Hippol. 470. *πεσόνθ'* scribendum videtur.

151. *Κακοῖσιν οἷς* per attractionem dictum pro *κακὰ, οἷς*, non pro *οἷς κακοῖσιν*. Verba *κακοῖσιν οἷς ἐγὼ βαρύνομαι* affert Priscianus XVIII. 20, qui locus mutilus est in ed. Putsch. p. 1169. Notavit Porsonus ad Aristophanem p. 184.

ξυνθήμαθ᾽, ἅμοὶ πρόσθεν οὐκ ἔτλη ποτέ,
πολλοὺς ἀγῶνας ἐξιών, οὔπω φράσαι.
ἀλλ᾽ ὥς τι δράσων εἶρπε, κοὐ θανούμενος.
νῦν δ᾽ ὡς ἔτ᾽ οὐκ ὤν, εἶπε μὲν λέχους ὅ τι

---

157. Ad *παλαιὰν* recte scholiastes sed obscurius, ὅτι πρὸ πολλοῦ χρόνου χρησμὸς ἦν αὐτῷ δεδομένος. Quae verba male relata sunt ad illa v. 155. ὁδὸν γὰρ ἦμος. Tabellas dicit ex longo tempore scriptas.

158. Πολλοὺς ἀγῶνας ἐξιὼν dictum, ut paullo ante, ὁδὸν τὴν τελευταίαν ὡρμᾶτ᾽ ἀπ᾽ οἴκων, nulla cum ellipsi, sed brevitate quadam dicendi duabus notionibus in unam coniunctis, multa certamina initurus exeundo.

159. Veteres ὥς τις. Emendarunt Canterus, Bentleius, notatumque τι ex Livineii libro p.

160. Ita in Philoct. 1217. ἔτ᾽ οὐδέν εἰμι. Addidit Schaeferus Apollon. Rh. II. 28. Discrimen non magnum, sed aliquod tamen, sic dicas, an οὐκέτι. Hoc est posthac non vel iam non, illud non amplius. Sic in Alcest. 195. ἐκφυγὼν δ᾽ ἔχει τοσοῦτον ἄλγος, οὗ πότ᾽ οὐ λελήσεται, i e. cuius aliquando non immemor erit. Quae sequuntur, in scholiis has interpretationes habent: ἐνετείλατό μοι ἵνα πρόνοιαν ἄλλου ἀνδρὸς ποιήσωμαι· ἔλεγε προσήκειν ἐμὲ λαβεῖν τὴν προῖκα καὶ τὰ δῶρα, ἃ ὑπὲρ τοῦ λέχους ἐκτησάμην. ἤγουν προνοεῖσθαι ἑτέρου ἀνδρός, ἢ σώζειν τὸ λέχος. Vnde Billerbeckio legendum videbatur λέχους ὅτου. De connubio Deianirae si loquutus esset poeta, non dixisset, opinor, ἑλέσθαι κτῆσιν: certe hoc viri potius est, quam mulieris. Praeterea scholiastas omnes vulgatam scripturam ὅτι habuisse in promptu est. Itaque λέχους κτῆσις non potest nisi de dote muneribusque iis, quae in ἀνακαλυπτηρίοις accepisset Deianira, intelligi, de qui-

χρείη μ' ἑλέσθαι κτῆσιν· εἶπε δ' ἣν τέκνοις
μοῖραν πατρῴας γῆς διαίρετον νέμειν·
χρόνον προτάξας ὡς τρίμηνον ἡνίκ' ἂν

---

bus v. Spanhem. ad Callim. h. Dian. 74. Sed si tum diceret ὅτι, hoc videretur indicari, nihil legari Deianirae, nisi quod ei lege deberetur. Quod abhorret ab huius loci ratione, in quo amor Herculis erga suos et cura superstitum declaranda erat. Quamobrem recipiendum duxi, quod Musgravius coniecit, ὅ τι: quid me ut connubio partum accipere oporteret: quo sane et dos, et munera ista, sed tamen etiam aliquid fortasse amplius comprehendantur.

162. Ed. Cant. πατρῴαν, commemoratum H. Stephano in adnotat. in Soph. p. 53. Deinde Ald. Iunt. pr. aliaeque veteres edd. διαιρετὸν μένειν. Ac μένειν certe etiam membranae Brunckii. Codd. Harl. Flor. διαιρετὴν μένειν. Brunckii codd. B. T. Iuntina sec. et Triclinii recensio νέμοι praebuerunt, quod servarunt recentiores. Nec διαιρετὴν malum est, ut quod in usu sit, et μένειν defendi potest, si χρείη repetas: sed multo tamen elegantius videri necesse est νέμοι. At enim non infinitivus durus est, sed illud, quod ad hunc infinitivum μένειν ex verbis χρείη με solum χρείη, non etiam με cogitatione repetendum est. Itaque reposui νέμειν, quo ducit νέμοι: et ita senties omnem dubitationem remotam esse: connubii gratia quid me oporteret mihi habere; et quomodo regnum inter filios dispertire. Διαιρετὸς μοῖρα commemoratur ab Eustathio p. 793, 3. (708, 10.)

163. Libri τρίμηνον et mox κἀνιαύσιος. Brunckius κἀνιαύσιον scripsit, Erfurdtius ex Wakefieldii coniectura, probante Schaefero, servavit κἀνιαύσιος, et scripsit τρίμηνος. Nihil mutandum;

χώρας ἀπείη κἀνιαύσιος βεβώς,
τότ' ἢ θανεῖν χρείη σφε τῷδε τῷ χρόνῳ,
ἢ τοῦθ' ὑπεκδραμόντα τοῦ χρόνου τέλος,
τὸ λοιπὸν ἤδη ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ.
τοιαῦτ' ἔφραζε πρὸς θεῶν εἱμαρμένα
τῶν Ἡρακλείων ἐκτελευτᾶσθαι πόνων,
ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε

Difficilior, sed bene Graeca ratio loquendi fefellit doctos homines. Verba ita construenda: προτάξας, ὡς, ἡνίκ' ἂν χρόνον τρίμηνον κἀνιαύσιος βεβὼς χώρας ἀπείη, τότε χρείη, et quae sequuntur. Ἀπείη Brunckius ex cod. B. Quod in caeteris est, ἀπίῃ vel ἀπήει, errores esse manifestum est.

165. Cod. Flor. χώρῳ, sed in marg. χρόνῳ. Non abundat τῷδε τῷ χρόνῳ, sed hoc dicit: tum eum intra hoc tempus mortuum existimari debere.

168. Ἔφραζε non δέλτος, ut Triclinius putat, sed Hercules, quum ista scripsit. Seidlerus putabat, τῶν Ἡρακλείων πόνων pendere ex τοιαῦτα, ἐκτελευτᾶσθαι autem ex verbo εἱμαρμένα. Mihi ἐκτελευτᾶσθαι cum ἔφραζε coniungendum, εἱμαρμένα autem propter additum πρὸς θεῶν pro εἱμαρμένη dictum videtur: talem Herculis laborum sortem exituram dicebat.

170. Hunc et sequentem versum affert Stephanus Byzantinus in fragm. de Dodone; respicit Eustathius p. 286, 43. 565, 13. (217, 10. 276, 29.) Docta ad h. l. exstant scholia: scriptores aliquot, qui columbarum Dodonidum mentionem fecerunt, citavit Billerbeckius. Omnium maxime memorabilis Herodoti narratio est II. 54 seqq. Sed quidquid tandem mythologiae scrutatores eruerint, carere eo possumus in poeta explicando.

Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.
καὶ τῶνδε ναμέρτεια συμβαίνει χρόνου
τοῦ νῦν παρόντος, ὡς τελεσθῆναι χρεών.
ὥςθ' ἡδέως εὕδουσαν ἐκπηδᾶν ἐμὲ
φόβῳ, φίλαι, ταρβοῦσαν, εἴ με χρὴ μένειν
πάντων ἀρίστου φωτὸς ἐστερημένην.

ΧΟΡΟΣ.

εὐφημίαν νῦν ἴσχ'· ἐπεὶ καταστεφῆ
στείχονθ' ὁρῶ τιν' ἄνδρα πρὸς χαρὰν λόγων.

---

172. Hesychius: *ναμέρτεια, ἀλήθεια.* Idem: *ναμερτέα, ἀληθῆ.* Videntur hanc formam tragici probavisse: ut recte Porsonus in Aeschyli Persis v. 246. *ναμερτῆ* pro *νημερτῆ* ediderit. Non alibi hanc vocem in tragicis animadverti. *χρόνου τοῦ νῦν παρόντος* intellige intra praesens tempus.

173. Scholiastes, *ὥςτε ὁπότερον πραχθῆναι.* Scilicet *ὡς* est quomodo: horum veritas, quemadmodum ea evenire oporteat, intra hoc tempus rata fiet.

174. Propie haec intelligenda, nec de semel facta re. E dulci, inquit, somno saepe exsilio territa. Seidlerus *φόβῳ ταρβοῦσαν* iungi volebat, afferens Herc. fur. 971. Mihi *φόβῳ* hic ad *ἐκπηδᾶν*, illic ad *ὥρουον* pertinere videtur.

178. Libri omnes *πρὸς χαρὰν λόγων.* Et sic etiam scholiastes. Brunckius ex coniectura, valde illa quidem probabili, *χάριν* dedit: vide eum ad Antig. 30. Recepit Erfurdtius, probatque Seidlerus. Sed nolui tamen quidquam mutare. Nam etsi *πρὸς χάριν λόγων* sensum praebet percommodum, tamen nescio an aptior etiam sit vulgata, modo haec verba ad *καταστεφῆς* potius, quam ad *στείχοντα* referas: video quemdam venire co-

ΑΓΓΕΛΟΣ.

δέσποινα Δηάνειρα, πρῶτος ἀγγέλων
ὄκνου σε λύσω. τὸν γὰρ Ἀλκμήνης τόκον
καὶ ζῶντ' ἐπίστω, καὶ κρατοῦντα, κἀκ μάχης
ἄγοντ' ἀπαρχὰς θεοῖσι τοῖς ἐγχωρίοις.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

τίν' εἶπας, ὦ γεραιὲ, τόνδε μοι λόγον;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

τάχ' ἐς δόμους σοὺς τὸν πολύζηλον πόσιν
ἥξειν, φανέντα σὺν κράτει νικηφόρῳ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

καὶ τοῦ τόδ' ἀστῶν ἢ ξένων μαθὼν λέγεις;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἐν βουθερεῖ λειμῶνι πρὸς πολλοὺς θροεῖ

---

ronatum ad laeta verba. Sensit hoc etiam scholiastes. Similiter in Oed. R. 82. ἀλλ' εἰκάσαι μὲν, ἡδύς· οὐ γὰρ ἂν κάρα πολυστεφὴς ὧδ' εἷρπε παγκάρπου δάφνης.

181. Citat haec Suidas in ἐπίστω.

186. Veteres libri καὶ τοῦτο δ'. Ed. Canteri καί του τόδ'. Emendatam scripturam dedit Brunckius.

187 Βουθερὴς λειμὼν est, quem boves depascunt. Alii e scholiastarum interpretationes et Hesychii ineptae sunt. Valckenarius adnotavit Eustathii locum p. 222, 20 (168, 26) sed is potius diversam scripturam in Lycophronis v. 847. videtur continere. Deinde libri πρόςπολος, quod in cod. Flor. πρόπολος scriptum. Scripsi πρὸς πολλούς, nec vereor, ne haec nimia iudicetur audacia. Nam quid sibi hic πρόςπολος velit, nec dixit quisquam, nec facile dicat. Aptum foret nomen, quod praenuncium significaret. Scholia-

Λίχας ὁ κῆρυξ ταῦτα. τοῦ δ' ἐγὼ κλύων
ἀπῆξ', ὅπως τοι πρῶτος ἀγγείλας τάδε,
πρὸς σοῦ τι κερδάναιμι, καὶ κτῴμην χάριν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

αὐτὸς δὲ πῶς ἄπεστιν, εἴπερ εὐτυχεῖ;

---

stae silent. In Romanis quidem scholiis post explicationem vocabuli βουθερεῖ legitur, πρὸς χαράν· πρὸς ἡδονήν· ut quis coniicere possit, ita scholiasten pro πρόσπολος habuisse. Sed multo verisimilius est, pertinere istam adnotationem ad v. 179. Πρὸς πολλοὺς vero et fidem conciliat dictis nuncii, et rei ipsi convenit: vide v. 193. seqq.

188. Scribebatur τοῦδ'. Vsus hic copulam requirebat: quare divisim scripsi.

188. Libri ὅπως τοι, nisi quod Harleianus omittit τοι. Brunckium, σοι scribentem, sequutus est Erfurdtius. Wakefieldius σοι saltem non debebat inficetum dicere. Ego librorum scripturam servandam duxi, quae egregie convenit moribus huius hominis. Significat ὅπως τοι u t c e r t e. Apte indicavit Seidlerus similem Xenophontis locum, Anab. III. 1, 18. ἀλλ' ὅπως τοι μὴ ἐπ' ἐκείνῳ γενησόμεθα, πάντα ποιητέον. licet ipse coniecerit ὅπως τε, cui respondeat καὶ κτῴμην χάριν.

191. Libri εἴπερ εὐτυχεῖ. Scholiastes: εἰ εὐτυχεῖ ὁ Ἡρακλῆς, πῶς ἄπεστιν ὁ Λίχας, καὶ οὐκ ἦλθε ταχέως ἀπαγγέλλων; Videbatur ei, si εὐτυχεῖ de Licha intelligeretur, parum apte Deianiram dicere, s i q u i d e m s a l v u s e s t. Nihil enim attinebat, de Licha eam loqui, quum illud potius in qua est spem inter metumque trepidatione mirari debeat, quid sit, quod ille non ipse venerit, si vere salvus sit Hercules. At de Hercule si dixisset εὐτυχεῖ, addere debuisset ἐκεῖνος. Itaque de Licha si accipienda sunt verba ista, sic est existiman-

ΑΓΓΕΛΟΣ.

οὐκ εὐμαρείᾳ χρώμενος πολλῇ, γύναι.
κύκλῳ γὰρ αὐτὸν Μηλιεὺς ἅπας λεὼς
κρίνει παραστάς, οὐδ' ἔχει βῆναι πρόσω.
τὸ γὰρ ποθοῦν, ἕκαστος ἐκμαθεῖν θέλων,

---

dum, expeditionem ad Oechaliam respici: quia sic, si Lichas bene rem gessisse dicitur, id etiam ad Herculem spectare necesse est. Eodem modo ipse Lichas se v. 229. καλῶς πράσσοντα dicit, simul Herculem in mente habens. Aliter non inepte scribi posset εἴπερ εὐτυχῇ, si res bene gestae sunt.

193. Μηλιεὺς Ionica forma dicit, quoniam Dorica nominis forma, qua Maliacus sinus et Malienses appellantur, in vulgarem usum venerat, ob eamqne rem a poesi arceri debebat.

195. Scholiastes: τὸ γὰρ ποθοῦν· τὸ ποθούμενον. Musgravius interpretatur, τὸν πόθον, non animadvertens se deceptum esse ambiguitate huius nominis, quod et activam habet et passivam significationem. Activae bene convenit τὸ ποθοῦν, non item passivae. Scholiastam sequutus est Erfurdtius. Sed quae exempla affert, aliena sunt omnia. Nam κεύθειν ne commemorandum quidem erat, quod pro κεύθειν ἑαυτὸν dicitur. Non magis huc pertinet ὁρῶντα in Oed. Col. 74. usitatissima translatione dictum, pro quo ne dici quidem ὁρώμενα potuit. Porro ex eiusdem fabulae v. 678. quod affert, ἵν' ὁ βακχιώτας ἀεὶ Διόνυσος ἐμβατεύει, θείαις ἀμφιπολῶν τιθήναις, hunc sensum habet, choro Maenadum pererrans. Alienum est etiam illud ibidem v. 1604. ἐπεὶ δὲ παντὸς εἶχε δρῶντος ἡδονήν, ubi participium pro nomine activo positum est, non illo quidem masculino, ut quidam voluerunt, i. e. παντὸς ὑπηρε-

οὐκ ἂν μεθεῖτο, πρὶν καθ' ἡδονὴν κλύειν.
οὕτως ἐκεῖνος οὐχ ἑκών, ἑκοῦσι δὲ
ξύνεστιν· ὄψει δ' αὐτὸν αὐτίκ' ἐμφανῆ.

τοῦντος, sed neutro, ut sit πάσης ὑπηρετήσεως. Nec denique quod in eadem illa fabula est v. 1694. τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς φέρειν χρή, quidquam probat. Dubitationem iniicit de his verbis antistropha, in qua si nihil excidit, suspicari licet, φέρειν χρὴ ex interpretatione ortum esse. Tum interpungendum erit: τὸ φέρον ἐκ θεοῦ, καλῶς, quod ab diis aliquid affert, bene habet. Sed servat φέρειν χρὴ etiam Suidas in τὸ φέρον et φέρειν: quorum locorum in priore edd. vett. comma post θεοῦ, nullam interpunctionem in posteriore habent. Scholiastes Romanus ita: ταῦτα ὁ χορὸς παρηγορῶν ἐμμένειν τοῖς ἐγνωσμένοις παρὰ θεῶν. φέρε, οὖν (φέρειν γάρ, φησὶ, χρὴ Brunckius) τὸ ἐκ θεῶν εἱμαρμένον καλῶς. μηδ' ἄγαν οὕτω φλέγεσθον. ἀντὶ τοῦ μὴ ἄκρως φλέγεσθε, τὸ ἐκ θεοῦ πεμφθὲν δυσανασχέτως φέρουσαι. Priora suadent ut eum καλῶς ad φέρον retulisse putem: idque verum videtur: quod ab diis bona affert, ferendum est. Cur bona dedisse deum dicat, ipse statim addit, οὔτοι κατάμεμπτ' ἔβητον, et alia in hanc sententiam modo attulerat Antigona v. 1679. seqq. Caeterum qui exempla participii requirit sic positi, ut pro infinivo vel nomine esse videatur, conferat Thucyd. I. 36. et 142. et ad eum locum Abreschium, Schaeferumque ad Dion. Hal. de struct. verb. p. 205. Sed redeo ad propositum. Alia eaque non contemnenda caussa, cur τὸ ποθοῦν pro τὸ ποθούμενον dictum esse non est verisimile, posita est in verbis οὐκ ἂν μεθεῖτο. Nam si dicit, ἕκαστος θέλων ἐκμαθεῖν τὸ ποθούμενον, consentaneum est addi, οὐ μεθίεται, quia de ipsa

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ὦ Ζεῦ, τὸν Οἴτης ἄτομον ὃς λειμῶν᾽ ἔχεις,
ἔδωκας ἡμῖν ἀλλὰ σὺν χρόνῳ, χαράν.
φωνήσατ᾽, ὦ γυναῖκες, αἵ τ᾽ εἴσω στέγης,

---

illa re, quae tum fiebat, loquitur. Quod si οὐκ ἂν μεθεῖτο dicit, est haec universe loquentis oratio, ut τὶς potius, quam ἕκαστος dicendum fuerit. Quo vocabulo quum non sit usus, reliquum est, ut eum alio modo haec generali sententia comprehendisse censeamus. Idque fecit, si τὸ ποθοῦν, ut est activum, ita etiam significationem activam habere putabimus: nam quod plenum est desiderii, (populum intelligit) unoquoque rem cognoscere cupiente, non facile prius desistat, quam ex animi sententia audierit. Illa, ἕκαστος ἐκμαθεῖν θέλων, non sunt pro nominativis absolutis habenda, sed explicant, quid sit τὸ ποθοῦν.

199. Billerbeckius opinabatur, nuncium, qui officiosior esset, avolare praeconis arcessendi caussa, ac deinde redire cum illo. Nullum huius rei vestigium video: immo manere ille in scena videtur, et spectare exsultationem chori.

201. Libri εἴσω, quod revocavi. Brunckius ἔσω. Vide accurate de hac re dicentem Elmsleium ad Eurip. Med. 88. Legitur tamen ἔσω apud Ammonium p. 50. qui in v. ἔνδον καὶ ἔσω ita scribit: Σοφοκλῆς τὴν διαφορὰν συγχεῖ· φησὶ γὰρ ἐν Τραχινίαις, γυναῖκες αἵ τ᾽ ἔσω στέγης, αἵ τε ἐκτός, δέον εἰπεῖν, γυναῖκες αἵ τε ἔνδον. Is locus Valckenarium, iusto procliviorem illum ad exquisita, movit, ut in animadversionibus ad istum scriptorem p. 75. interpunctione post ἐκτός posita, reliqua ita constitui posse existimaret: αὐγῆς ὡς ἄελπτον ὄμμ᾽ ἐμοὶ φήμης ἀνασχὸν τῆσδε: quam insperata lux mihi ex hoc nuncio obo-

αἵ τ' ἐκτὸς αὐλῆς, ὡς ἄελπτον ὄμμ' ἐμοὶ
φήμης ἀνασχὸν τῆσδε νῦν καρπούμεθα.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀνολολύξατε δόμοις
ἐφεστίοις ἀλαλαῖς

---

ritur. Arguta haec sunt, sed parum venusta, illud etiam falsum, quod ὡς quam interpretatus est.

204. Bene scholia Romana ad v. 216. τὸ γὰρ μελιδάριον οὐκ ἔστι στάσιμον, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ὀρχοῦνται. Triclinius, epodicum esse ratus, quomodo strophas sibi respondere voluerit, non dixit, nisi primum versum ut aequaret illi, ἀνάγετ', ὦ παρθένοι, scripsit ἀνολόλυξον δόμοις. Codd. Harl. Flor. Ald. et edd. vett. ἀνολολύξετε. Omnes δόμοις. Brunckius ἀνολολύξατε, δόμοι scripsit, quem sequutus est Erfurdtius. Elmsleius ad Heraclid. 782. tacite corrigebat, ἀνολολύξεται δόμος ἐφεστίοις ἀλαλαγαῖς ὁ μελλόνυμφος. At ita non bene convenirent, quae sequuntur, ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων ἴτω κλαγγά, siquidem nulla esset horum oppositio, sed δόμος ὁ μελλόνυμφος iam comprehenderet mares. Praeterea futurum ad sententiam debile est et languidum, neque elegans ad metrum, praesertim quum talia carmina soleant a paeonibus quartis incipi, ut in Electra 1384. in Eurip. Orest. 311. et alibi. Omnino recte Brunckius ἀνολολύξατε, non etiam δόμοι, ut statim ostendam, etsi scholiastes ita legisse videri potest, qui scripserit: ἐφεστίοις ἀλαλαγαῖς. ταῖς ἐπὶ τῶν θυσιῶν εὐχαῖς. ἀντὶ τοῦ ὁ πᾶς οἶκος Ἡρακλέους θυσίας καὶ εὐχὰς ποιείτω.

205. Codd. Harl. Flor. edd. vett. ἀλαλαῖς. Triclinii recensio, ut in scholiis Romanis scriptum, ἀλαλαγαῖς, quod servavit Brunckius adiecta plena in-

ὁ μελλόνυμφος, ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων
ἴτω κλαγγά, τὸν εὐφαρέτραν
Ἀπόλλωνα προστάταν·

---

terpunctione. Antea post μελλόνυμφος demum interpungebatur.

207. Haeserunt viri docti in verbo ὁ μελλόνυμφος. Quod Brunckius volebat, ὕμνος intelligi, id fieri nullo modo potest. Musgravio et Erfurdtio placuit ἁ μελλόνυμφος. Ita τῆς μελλονύμφου in Antigona 633. Etsi μελλόνυμφος etiam de sponso dicitur, ut apud Lycophr. 174. vide Pollucem III. 45. Hic vero sese ipsas dicere virgines Trachinias, vel sequentia ostendunt. Hoc illae volunt: ἀνολολύξατε δόμοις, αἱ μελλόνυμφοι, ἐφεστίοις ἀλαλαῖς. Sensit hoc, sed aliena admiscuit scholiastes, ita scribens: εἴ τις μελλόνυμφός ἐστιν, εἴτε γεγαμηκώς, ἡκέτω. κοινὴ γὰρ πάντων ἐστὶν εὐχή. ἡκέτω δὲ πᾶσα κλαγγὴ ἀρσένων τε καὶ θηλειῶν, καὶ κοινὴν εὐχὴν ποιησάτω. Scilicet ὁ μελλόνυμφος masculino genere dictum est, quia universe loquitur, quisquis nubilis est. Nam in universali sententia, licet ea nunc ad feminam accommodetur, masculinum usurpari consuevit. Ita supra v. 151. τὴν αὑτοῦ πρᾶξιν dixit, non τὴν αὑτῆς. Vide notam 50. ad Viger. et Elmsleium ad Med. p. 211. Κοινὸς κλαγγὰ memorata ab Eustathio p. 793, 3. (708, 10.)

207. Male in libris omnibus interpungebatur post κλαγγά, quae sequuntur autem, coniungebantur cum verbis ἀνάγετ', ὦ παρθένοι, nisi quod Triclinius plene distinxit post παιᾶνα.

208. Aut non meminerat huius loci Porsonus ad Eurip. Orest. 584. ubi Atticos Ἀπόλλω, non Ἀπόλλωνα, dicere contendit, aut melicum carmen non esse adstrictum dialecto Atticae censuit. Ego

ὁμοῦ δὲ παιᾶνα, παιᾶνα
ἀνάγετ', ὦ παρθένοι,
βοᾶτε τὰν ὁμόσπορον

---

quidem ne in iambis quidem Ἀπόλλωνα apud tragicos sollicitem. Προστάτης idem, qui alibi προστατήριος. Hesychius: προστατήριος. τὸν Ἀπόλλωνα οὕτω λέγουσι, παρόσον πρὸ τῶν θυρῶν αὐτὸν ἀφιδρύοντο. Photius: προστατήριος Ἀπόλλων, ἐπεὶ πρὸ τῶν θυρῶν αὐτὸν ἱδρύοντο. Σοφοκλῆς. Falsa est haec explicatio. Nam in Electrae v. 637. quem respexerunt, Apollo non, quod ante fores statuam habeat, sed ut defensor, vocatur προστατήριος. Quin eo cognomine templum habebat Megaris, teste Pausania I. 44, 2. in quo simulacra et ipsius et Dianae et Latonae erant. Eadem ratione etiam Diana dicta προστατηρία apud Aeschylum Sept. ad Th. 455. minime illa eadem cum προπυλαίᾳ, προθυραίᾳ, προθυριδίᾳ, ut putabat Spanhemius ad Callim. h. Dian. 38. p. 296. ed. Ern.

209. Triclinii recensio, ὁμοῦ δὲ καὶ Παιᾶνα, quasi diversum ab Apolline numen significetur. Alterum Παιᾶνα, quod plene scriptum in libris, Brunckius Παιᾶν' edidit. Bene vidit Seidlerus, Παιᾶνα ἀνάγετ' Ἄρτεμιν coniungenda esse, usitata tragicis constructione: v. ad v. 49. afferens etiam Herc. fur. 687. παιᾶνα ὑμνοῦσι τὸν Λατοῦς γόνον. Paean enim non minus Dianae quam Apollinis proprius: v. Procli chrestom. p. 381. ed. Gaisf. Eadem constructione etiam ἴτω κλαγγὰ cum Ἀπόλλωνα iungi potest. Nam quum dicere vellet chorus, celebrate aedibus feminae et viri Apollinem ac Dianam, pro motu animi, in quo est, primo de se cogitat, tum mares inserit, quorum est Apollinem laudare, tum iterum ad feminas redit: celebrate aedibus domestica ex-

Ἄρτεμιν Ὀρτυγίαν,
ἐλαφοβόλον, ἀμφίπυρον,

---

sultatione quisquis nubilis est, unaque virorum acclamatio Apollinem, simulque paeanem, virgines, dicite, dicite alta voce Dianae.

212. Notandum, Dianam ipsam dici Ὀρτυγίαν. Sed inveniuntur etiam alia huiusmodi, et Ortygiam sororem Latonae dictam esse tradit scholiastes Apollonii Rhodii ad I. 308. Strabo autem XIV. p. 639. seq. (948) id nomen fuisse nutrici Apollinis et Dianae prodidit. De Ortygia Aetoliae non memini me quidquam legisse, praeter ea, quae scholiastes Apollonii ad I. 419. refert, huius colonias esse, quae reliquae memorentur Ortygiae. Et hae quidem omnes, insulas dico alteram Delo, alteram Siciliae adiacentem, lucumque propter Ephesum, de quo v. Holsten. ad Steph. Byz. p. 123. a. Dianae sacrae fuerunt, ut idem etiam in Aetolicam cadere videatur, de qua Nicander, cuius verba apud scholiasten Apollonii latent, scripserat, ὅθεν Ὀρτυγίαι πᾶσαι βοόωνται. Ex quo recte videtur colligi posse, ipsam significationem nominis cum numine Dianae aliquid coniunctionis habere, quod indicare conatus sum in Diss. de mythologia Graecorum antiquissima p. 20. Videndum vero, ne in Aetoliam translata fuerit Ortygia ex falsa interpretatione Dianae Αἰτωλῆς. Eo nomine Naupacti cultam refert Pausanias X. 38, 6. his verbis, notatu dignissimis: ἔστι δὲ καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος, καὶ ἄγαλμα λευκοῦ λίθου· σχῆμα δὲ ἀκοντιζούσης παρέχεται, καὶ ἐπίκλησιν εἴληφεν Αἰτωλῆς.

213. MSS. Harl. Flor. Ald. et caeterae edd. vett. ἐλαφοβόλον. Cod. B. et Triclinii recensio ἐλαφηβόλον, quod quamvis et ab usu et metri eiusdem

γείτονάς τε Νύμφας.
Ἀείρομ', οὐδ' ἀπώσομαι

---

continuatione non exiguam commendationem habeat, dubitavi tamen praeferre alteri scripturae, quam et librorum optimorum auctoritas, et raritas formae, numerorumque apta huic carmini volubilitas tueri viderentur. Non commemorat tamen hanc formam Apollonius in libro de adverb. p. 602, 22. ubi de hoc genere scribit: παρὰ τὸ ἔλαφος ἐλαφοκτόνος Ἄρτεμις, ἀλλὰ καὶ ἐλαφηβόλος. Diana ἀμφίπυρος benigna materies sapientiae mythologorum. Inepte quidam de plenilunio cogitarunt. Non utilius est quaerere, an Sophocles Dianam cum Hecate confuderit, quae utraque manu facem gestans fingitur: vide Spanhem. ad Callim. h. Dian. 11. Saepe huiusmodi epithetis illa continentur, quae ubique simulacris licebat expressa videre: sed quid significaretur insignibus illis, nemo curabat. Diana φωςφόρος dicta videtur, vel metaphorice, quod levaret periculo parturientes, vel proprie, quod Lucina esset, partum in lucem producens; ἀμφίπυρος autem et Πυρωνία, quo cognomine Pausania auctore VIII. 15, 4. apud Pheneatas colebatur, quod doloribus parturientes uruntur. Has πυρφόρους Ἀρτέμιδος αἴγλας Sophocles in Oed. R. 207. adversus pestem in auxilium vocavit.

214. Vide infra v. 637. Br.

216. Hesychius; ἀείρομαι, ἄνω αἴρομαι. Σοφοκλῆς Τραχινίαις. Hinc Erfurdtius ad Aiacem v. 190. plene scribendum ἀείρομαι putabat, elisa diphthongo offensus, nec reputans, in tali genere carminis aliquid licentiae concessum esse. Quum v. 201. Deianira mulieres, quae extra aedes et quae intus essent, acclamare iussisset, Seidlerus suspicabatur, quae intus fuerant, audita chori

τὸν αὐλὸν, ὦ τύραννε τᾶς ἐμᾶς φρενός.

---

exhortatione foras progressas, his versibus respondere. Et sane alias, quam quae priora cecinerant, hic loqui, valde est verisimile. Credibilius tamen puto, chorum in partes divisum esse, quam illas ex aedibus foras exiisse.

216. Triclinii recensio, ὦ τύραννʼ ἐμᾶς φρενός. Scholiastes: ὦ αὐλέ. ὦ Ἡράκλεις. ἢ ὦ Διόνυσε. Vix credas, Musgravium verba poetae interpretari potuisse, o amata, o dilecta. Seidlerus, Deianirae cohortationem v. 201. respici ratus, ὦ τύραννε τᾶς ἐμᾶς φρενὸς pro ὦ τύραννε ἐμὴ dictum putabat. Non adducor, quum φρήν, quod sciam, non ad periphrasin adhibeatur, nisi ubi vere animus respicitur, ut in Prometheo v. 130. πατρῴας μόγις παρειποῦσα φρένας. Deianira si hic compellatur, commate post τύραννε posito, τᾶς ἐμᾶς φρενὸς cum ἀπώσομαι iungi posset. Sed videtur mihi hoc languidius esse pro Bacchica exsultatione, quam versus qui sequuntur exprimunt. Itaque veram puto primam scholiastae interpretationem, quae explicatius exposita est in alio scholio: ὦ αὐλὲ τῆς ἐμῆς φρενὸς τύραννε· ἐρεθίζει γὰρ ὁ αὐλὸς τὰς παρθένους πρὸς τὴν χορείαν· ἀντὶ τοῦ, ὦ κρατῶν τῆς ἐμῆς φρενός. ἐν δὲ τῷ ταῦτα λέγειν ὀρχοῦνται ὑπὸ χαρᾶς. Nam, ut ait Aristoteles de rep. VIII. 6. ἔτι δʼ οὐκ ἔστιν ὁ αὐλὸς ἠθικόν, ἀλλὰ μᾶλλον ὀργιαστικόν. Et cap. 7. ὁ δʼ ἐν τῇ πολιτείᾳ Σωκράτης οὐ καλῶς τὴν Φρυγιστὶ μόνην καταλείπει μετὰ τῆς Δωριστί· καὶ ταῦτα ἀποδοκιμάσας τῶν ὀργάνων τὸν αὐλόν· ἔχει γὰρ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἡ Φρυγιστὶ τῶν ἁρμονιῶν, ἥνπερ αὐλὸς ἐν τοῖς ὀργάνοις· ἄμφω γὰρ ὀργιαστικὰ καὶ παθητικά. δηλοῖ δʼ ἡ ποίησις. πᾶσα γὰρ βακχεία καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη κίνησις μάλιστα τῶν ὀργάνων ἐστὶν ἐν τοῖς αὐλοῖς.

ἰδού μ', ἀναταράσσει
εὐοῖ μ' ὁ κισσὸς ἄρτι Βακχίαν

---

217. Erfurdtium collocatio pronominis enclitici movit, ut ἰδοῦ μ' ἀναταράσσει scriberet. Vide ad v. seq.

218. Mira commenti sunt interpretes. Scholiastes Romanus: ἀναταράσσει εὐοῖ μ' ὁ κισσός. εἰς βακχικὴν ἅμιλλαν, τουτέστι χορείαν, παρορμᾷ με ὁ κισσός. τὸ δὲ ὑποστρέφων, ἀντὶ τοῦ ἀπὸ λύπης εἰς ἡδονὴν μετάγων, ἢ ὑποβάλλων. Heathius et Brunckius εὐοῖ με coniunxerunt, verbum esse rati εὐοῖ. Ita intelligi posset illud Euripidis in Bacch. 141. ὁ δ' ἔξαρχος Βρόμιος εὐοῖ. H. Stephanus quum in Thesauro de ista voce disputaret, auctorem adhibens Eustathium ad Dionys. 700. neglexerat Etymologicum M. p. 391, 12. Grammaticorum commentum videtur, εὐοῖ ex Dorico εὖοι pro εὖσοι ortum esse, quo explicarent illud εὐοῖ Βάκχε. Caret id difficultate, si εὖοι initio dictum putabimus, imperativo Dorico, i. e. εὔαζε. Gregorius Cor. de dial. Dor. §. 24. τὸ δίδου δίδοι λέγουσι καὶ ἄλλα ὁμοίως τοῖς τρίτοις προσώποις τῶν εὐκτικῶν τὰ δεύτερα πρόσωπα τῶν εἰς ου προστακτικῶν ἐκφέροντες. Id deinde facile potuit in interiectionem abire, posteriore syllaba circumflexa, ut praecipit Arcadius p. 183, 19. et regulae prosodicae a me editae p. 460. Sed ut is initio imperativus fuerit, valde tamen dubitari potest, non certiore quod sciam huius verbi exemplo exstante, an nec Sophocles neque Euripides aut voluerint, aut potuerint εὐοῖ pro verbo usurpare. Quod si apud utrumque pro interiectione habendum est, duplex με nullam habebit offensionem, si reputaveris, ἰδοὺ et εὐοῖ, quum utrumque exclamandi vim habeat, pariter sibi adiunctum pronomen servare, ut quaevis alia repetita vox: velut in Oed. R. 1098. τίς σε, τέκνον,

ὑποστρέφων ἅμιλλαν. 226
ἰὼ ἰὼ Παιάν·
ἴδε, ἴδ᾽, ὦ φίλα γύναι,
τάδ᾽ ἀντίπρωρα δή σοι

τίς σ᾽ ἔτικτε; Sed male Brunckius comma post ἀναταράσσει posuerat, quod ante hoc verbum ponendum erat. Itaque sensus verborum hic est: en me, perturbat euoe me hedera, illico me convertens ad aemulationem Baccharum. Non, ut volunt, hedera dicta pro thyrso, ac postremo pro furore et motu animi, sed, quae praeclara est poetae audacia, videntur sibi virgines prae gaudio exsultantes hedera coronatae esse, aemularique Bacchas: unde etiam exclamant euoe. *Βακχίαν ἅμιλλαν*, noto usu accusativi additum est, convertens me ad aemulandum Bacchas. Vide Matthiae Gr. gr. §. 432, 4. Caeterum libri *Βακχείαν*, quod cum Brunckio et Erfurdtio, quoniam metrum ita suadere videbatur, in *Βακχίαν* mutavi.

221. Erfurdtius cum Brunckio *ἴδ᾽, ἴδ᾽* edidit. Libri *ἴδε, ἴδ᾽*, quod servandum duxi. Versum puto iambicum dimetrum esse, ultima in *ἴδε* propter pausam producta. Vide Elem. d. m. p. 248. Elmsleium, qui in Diar. Edinb. XXXV. p. 181. scribendum censuit *ἰδοῦ δ᾽*, ideo quod *ἴδε* numquam pro interiectione poneretur, non addito accusativo, notavit Matthiae ad Eurip. Orest. 1535. Aut mutavit, opinor, sententiam, aut mutabit Elmsleius. Neque interiectio est *ἴδε*, neque indiget accusativo.

222. Hesychius: *ἀντίπρωρα· ἀντιπρόσωπα. πρώρα γὰρ τὸ πρόσωπον· καὶ ἀνδρόπρωρον, ἀνδροπρόσωπον. Σοφοκλῆς Τραχινίαις.* Brunckius quum verba *γύναι* usque ad *βλέπειν* uno versu in libris

βλέπειν πάρεστ' ἐναργῆ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ὁρῶ, φίλαι γυναῖκες, οὐδέ μ' ὄμματος
φρουρὰ παρῆλθε, τόνδε μὴ λεύσσειν στόλον·
χαίρειν δὲ τὸν κήρυκα προὐννέπω, χρόνῳ
πολλῷ φανέντα χαρτόν, εἴ τι καὶ φέρεις.

ΛΙΧΑΣ.

ἀλλ' εὖ μὲν ἵγμεθ', εὖ δὲ προσφωνούμεθα,
γύναι, κατ' ἔργου κτῆσιν· ἄνδρα γὰρ καλῶς

---

scripta videret, trimetrum effecit, pro δὴ posito δῆτα, quod nec liber ullus habet, nec sententia fert. Recte numeros distinxit Erfurdtius.

225. Triclinii recensio, παρῆλθ' ἐς τόνδε, male. Vide ad Vigerum p. 800.

226. Recte veteres libri et Suidas in v. χαρτὸν habent προὐννέπω, duplicata littera, siquidem ἐνέπω tantum anapaestis et melicis versibus convenire videtur.

227. Ald. et aliae vett. edd. χαρτὸν ad praecedentia referunt. In ed. Turnebi et quae hanc sequuntur, ante χαρτὸν posita est distinctio, idque tenuerunt etiam H. Stephanus in Thes. Brunckius, Musgravius, Erfurdtius. Nihil erat, cur mutaretur distinctio veterum librorum, ex qua ita intelligenda sunt verba, χαίρειν προὐννέπω τὸν κήρυκα, χαρτὸν χρόνῳ πολλῷ φανέντα, εἴ τι καὶ φέρει χαρτόν. Abest interpunctio apud Suidam, apud quem φέρεις legitur, quod recepi pro Sophoclis librorum scriptura φέρει.

229. Verba κατ' ἔργου κτῆσιν ambigua sunt. Nam aut significant κατὰ τὸ ἔργον, ὃ κέκτησαι, pro nuncio accepto, aut κατὰ τὸ ἔργον, ὃ κεκτή-

πράσσοντ' ἀνάγκη χρηστὰ κερδαίνειν ἔπη.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, πρῶθ', ἃ πρῶτα βούλομαι,
δίδαξον, εἰ ζῶνθ' Ἡρακλέα προσδέξομαι.

ΛΙΧΑΣ.

ἔγωγέ τοί σφ' ἔλειπον ἰσχύοντά τε
καὶ ζῶντα καὶ θάλλοντα, κοὐ νόσῳ βαρύν.

μεθα, quae est expugnatio Oechaliae. Hoc aptius est personae praeconis, gaudio ob rem bene gestam pleni. Quum satis esset κατὰ τὴν κτῆσιν dicere, tamen ἔργου addidit, quo rem veram designaret, ut si dixisset, κατὰ τὴν τοῦ ὄντος κτῆσιν. Similiter Thucydides I. 22. τὰ ἔργα τῶν πραχθέντων ἐν τῷ πολέμῳ. De sequentibus verbis dictum ad v. 191.

234. Erfurdtius, intolerabile ratus ζῶντα, quum ἰσχύοντα praecesserit, ex Schaeferi coniectura σῶν τε ediderat. Mutavit sententiam Schaeferus in ed. Soph. adductus exemplis quibusdam, in quibus potior de duabus rebus per particulas τε et καὶ coniunctis priorem locum tenet. At saepe etiam posteriorem tenet, ut in Oed. Col. 68. 793. Malim ego quidem his uti argumentis, primo quod sine caussa tam subtiliter per particulas τε et καὶ distingueretur ὁ ἰσχύων ab eo, qui σῶς τε καὶ θάλλων est; deinde, quia inepta foret talis distinctio, ubi omnia verba idem significant. Erfurdtius in nota MS. ζῶντα praeclare defendi putabat loco Aristophanis in Av. 731. s. ubi chorus bona, quae daturus sit, enumerans, ita dicit: πλουθυγιείαν, εὐδαιμονίαν, βίον, εἰρήνην, et reliqua. Sane hic locus comparari cum Sophocleo potest, sed non propter vocem βίον. Obliviscuntur nonnunquam philologi eorum, quae nemo

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ποῦ γῆς; πατρῴας, εἴτε βαρβάρου; λέγε.

ΛΙΧΑΣ.

ἀκτή τις ἔστ᾽ Εὐβοιΐς, ἔνθ᾽ ὁρίζεται
βωμοὺς τέλη τ᾽ ἔγκαρπα Κηναίῳ Διΐ.

---

non quotidie audit et ipse loquitur. Vbi multa consimilia enumeramus, ut Aristophanes illo loco, quis ordinem in his certum requirat? Eodemque modo quum asseverantes aliquid, plura idem significantia coniungimus, quis non vim potius omnium verborum, quam rationem singulorum ponderet? Quin saepe etiam, quae coniuncta esse solent, invertuntur, ut τρέφειν et τεκεῖν. Vide ad v. 34.

236. Cod. Flor. Εὐβοΐς. Vide ad v. 74.

237. Membr. Ald. Iunt. prior et aliae edd. vett. τελεῖ τ᾽, quod servavit Brunckius. Caeteri MSS. et edd. cum Iunt. sec. τέλη τ᾽, et id habuerunt scholiastes atque Eustathius p. 789, 17. (702, 50) cuius non memor Valckenarius in diatr. in Eurip. p. 144. βωμοὺς θ᾽ ἕλη τ᾽ ἔγκαρπα scribendum coniiciebat. Eustathius comparat πάγκαρπα θύματα in Electra v. 634. ad mentem scholiastae, qui ita scribit: τ έ λ η, θυσίας. ἔ γ κ α ρ π α δέ, θυμιάματα τὰ ἀπὸ ἀνθῶν ἢ καρπῶν. Mira vero Iovi sacra ab Hercule, urbe capta. Valckenarius recte vidit, de luco sermonem esse Iovi consecrato, quum poeta de eadem re v. 753 Br. scribat: ἔνθα πατρῴῳ Διῒ βωμοὺς ὁρίζων τεμενίαν τε φυλλάδα. Illo quoque in loco pravae interpretationes allatae sunt. Scholiastes: τὸν ἀπὸ τῶν τεμενῶν στέφανον, ἢ τέμενος πολύφυλλον. Hoc postremum verum. Dubitanter Musgravius τέλη intelligi posse προσόδους dicit, Harpocrationem afferens in v. ἀπὸ μισθωμάτων. Atqui hanc veram interpreta-

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

εὐκταῖα φαίνων, ἢ 'πὸ μαντείας τινός;

ΛΙΧΑΣ.

εὐκταῖ', ὅθ' ᾕρει τῶνδ' ἀνάστατον δορὶ
χώραν γυναικῶν ὧν ὁρᾷς ἐν ὄμμασιν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

αὗται δὲ, πρὸς θεῶν, τοῦ ποτ' εἰσὶ καὶ τίνες;
οἰκτραὶ γὰρ, εἰ μὴ ξυμφοραὶ κλέπτουσί με.

---

tionem esse, certissimum est. Ita Harpocratio: *Δίδυμός φησιν ὁ γραμματικός, ἀντὶ τοῦ ἐκ τῶν τεμενικῶν προσόδων. ἑκάστῳ γὰρ θεῷ πλέθρα γῆς ἀπένεμον, ἐξ ὧν μισθουμένων αἱ εἰς τὰς θυσίας ἐγίνοντο δαπάναι. οὐ γὰρ κατ' εὐσέβειαν ἔθυον τὰ ἱερεῖα, ἀλλὰ μισθούμενοι.* Vt erraverit Didymus in explicandis verbis *ἀπὸ μισθωμάτων*, tamen res, quam refert, vera est. Praeclare illustrant Sophoclis utrumque locum tabulae Heracleenses, ex quibus et *ὁρίζειν* atque *ὁρισταὶ* propria esse verba de finibus constituendis regundisque, et mercedem locati agri certa copia frugum pendi solitam intelligitur.

238. *Φαίνων* idem est atque r a t a f a c i e n s. Oed. Col. 721. *νῦν σοι τὰ λαμπρὰ ταῦτα δεῖ φαίνειν ἔπη.*

239. Cod. Paris. *εὐχαῖς*. De caeteris v. Lobeckium ad Ai. p. 299.

242 Libri consensu *οἰκτραὶ γάρ*. Scholiastes: *οἰκτραὶ γάρ. εὐγενεῖς γὰρ δοκοῦσιν εἶναι, εἰ μὴ ἄρα με σφάλλουσιν αἱ κατ' αὐτὰς συμφοραί· τουτέστιν, εἰ μὴ ἄρα διὰ τὴν τύχην ὑπέδυσαν τὸν οἶκτον.* Ita legendum videtur. Edd. vett. *ὑπεδύσαντο οἶκτον.* H. Steph. et rell. *ὑπεδύσαντο τὸν οἶκτον.* Quibus librorum scri-

ptura in Sophocle corrupta visa est, sic, opinor, ratiocinati sunt: quum captivas esse has mulieres et ex Lichae verbis et ex ipsarum habitu colligere debuerit Deianira, non posse eam decipi ab illarum infortunio: id est enim *κλέπτεσθαι συμφοραῖς*, ut in Antig. 1216. *ἀθρήσατ', εἰ τὸν Αἵμονος φθόγγον ξυνίημ', ἢ θεοῖσι κλέπτομαι.* Itaque ineptum esse, quas videat esse captivas, dubitare an non sint captivae; magis autem ineptum, confirmare eam his velle illud *οἰκτραὶ γάρ*: quia id eo redeat, ut dicat, miserandae sunt, nisi forte non sunt miserandae. Praeterea quum toto hoc versu nihil aliud contineatur, quam captivas eas, et ob eam rem miseras esse, non esse hanc idoneam caussam sciscitandi, quae sint, et quidem tam cupide. Non enim, quod quis captivus est, continuo quis sit scire cupias: sed illi qui sint cognoscere avemus, qui de celso aliquo fastigio deiecti ante alios miserabiles videntur. Itaque quum omnia recte procederent, si pro *οἰκτραὶ* talis aliqua vox legeretur, qualem scholiastes per *εὐγενεῖς* explicandam putavit, Wakefieldius, sed non sibi satis faciens, *κυδραὶ γάρ*, Erfurdtius *εὐπάτριδες*, Bothius *ἄκραι γάρ* coniecerunt. Hoc postremum non multum ab litterarum figuris recedit, sed non tamen satis aptum est, quia *ἄκροι* non tam nobiles, quam primarii et vel dignitate vel meritis vel virtute vel ingenio laudatissimi intelliguntur, ut apud Eurip. Phoen. 433. 1251. Telephi fr. 11. Platon. de rep. II. p. 366. B. Vnde vix de feminis dictum reperias. Nihil mutandum censet Schaeferus, ita interpretans: dignae enim sunt miseratione, si de calamitatibus earum recte iudico: conferrique iubens v. 406. s. Br. quem locum ego quidem nolim cum hoc comparari, quum quod ibi Lichas dicit, *εἰ μὴ κυρῶ λεύσσων μάταια*, illud sit, quod in communi sermone *εἰ μὴ μαίνομαι* dicitur. Caeterum verum vidisse puto Schaeferum. Redit enim explicatio haec ad illud ipsum, quod scholiastes

ΛΙΧΑΣ.

ταύτας ἐκεῖνος, Εὐρύτου πέρσας πόλιν,
ἐξείλεθ' αὑτῷ κτῆμα καὶ θεοῖς κριτόν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ἦ κἀπὶ ταύτῃ τῇ πόλει τὸν ἄσκοπον
χρόνον βεβὼς ἦν ἡμερῶν ἀνήριθμον;

ΛΙΧΑΣ.

οὔκ· ἀλλὰ τὸν μὲν πλεῖστον ἐν Λυδοῖς χρόνον
κατείχεθ', ὥς φησ' αὐτός, οὐκ ἐλεύθερος,

---

habet, εὐγενεῖς. Nam miserandas eas dicit Deianira, si infortunium earum tale sit, quale videri debeat formam intuenti, virgines prodentem nobili genere ortas et insuetas servitii. Cod. Paris. ξυμφορᾷ.

245. Amat vocem ἄσκοπος Sophocles, quae apud Aeschylum bis legitur, Agam. 470. activa, et Choeph. 814. passiva significatione. Apud Sophoclem notat quod non conspicitur, Oed. Col. 1680. quod non intelligitur, Ai. 21. Philoct. 1111. quod obtutu comprehendi nequit, immensum, El. 864. incredibile, ibid. 1315. Respondet itaque Germanicis unsichtbar, unabsehbar, unbegreiflich. Et hac postrema ratione, ut sit incredibile, hic dictum videtur.

246. Cod. Par. ἀρίθμιον, quod ut alia lectio adnotatum in cod. Flor. Vide ad Ai. 597. Erfurdtius coniecit ἀνήριθμος, non ineleganter, sed praeter necessitatem, si memineris, ἡμερῶν ἀνήριθμον, ut v. 239. ἀνάστατον, et plurima alia alibi, id, quod effectum sit, indicare. Hoc voluit: an ista urbe oppugnanda illud incredibile tempus consumpsit, ut innumerabile dierum fieret?

ἀλλ' ἐμποληθείς. τοῦ λόγου δ' οὐ χρὴ φθόνον,
γύναι, προσεῖναι, Ζεὺς ὅτου πράκτωρ φανῇ.
κεῖνος δὲ πραθεὶς Ὀμφάλῃ τῇ βαρβάρῳ
ἐνιαυτὸν ἐξέπλησεν, ὡς αὐτὸς λέγει.

---

250. Cod. Par. Ζεὺς δ' ὁ τούτου πράτωρ φανείς. Saepius huius codicis scriptura correctorem prodit. Quem hic, quum sentiret difficultatem, de qua statim dicam, legi voluisse puto, Ζεὺς δ' ὁ τοῦ πράτωρ φανείς, sive etiam πράκτωρ. Recentiores interpretes, qui, quod sane velles fieri posse, τοῦ λόγου de re et facto, i. e. de servitute Herculis dictum putarunt, non viderunt, ea interpretatione orationem soloecam reddi. Nam λόγου, ὅτου Ζεὺς πράκτωρ φανῇ, recte dici potest, non etiam τοῦ λόγου: quia λόγου infinitum est, alicuius rei, cuius auctor sit Iuppiter, τοῦ λόγου autem finitum, de certa et iam ante indicata re, de qua proinde dicendum, cuius est auctor Iuppiter. Itaque qui τοῦ λόγου de servitute illa intelligi volunt, aut omisso augmento φάνῃ scribant necesse est, aut illud parum firma auctoritate munitum φανεὶς recipiant. Peritiores Graecae linguae scholiastas videas: οὐ χρή, φησί, μέμφεσθαι οἷς ἂν πράξῃ ὁ Ζεύς. ἰδίῳ γὰρ λογισμῷ πάντα πράττει, ὡς θέλει. ἢ οὕτως· οὐ χρὴ παραιτεῖσθαι λέγειν τὰ παρὰ τοῦ Διὸς γιγνόμενα, κἂν ᾖ χαλεπά. Harum interpretationum prior contorta est: vera altera: narratio rei, cuius Iuppiter auctor inveniatur, carere debet invidia. Haec praefatus, iam aperte dicit rem aliter indignissimam, non tantum serviisse, sed serviisse mulieri, eique barbarae.

252. Verba ὡς αὐτὸς λέγει referenda ad ἐνιαυτόν: aliter inutilem continerent repetitionem verborum ὥς φησ' αὐτὸς v. 248. Caeterum scholiastes: ὁ Ἡρόδοτος τρία ἔτη λέγει τὸν ἐνιαυτόν.

χοὔτως ἐδήχθη τοῦτο τοὔνειδος λαβών,
ὥσθ' ὅρκον αὑτῷ προσβαλὼν διώμοσεν,
ἦ μὴν τὸν ἀγχιστῆρα τοῦδε τοῦ πάθους
ξὺν παιδὶ σὺν γυναικὶ δουλώσειν ἔτι.
κοὐχ ἡλίωσε τοὔπος. ἀλλ' ὅθ' ἁγνὸς ἦν,

Brunckius edidit: ὁ δὲ Ἡρόδωρος τρία ἔτη λέγει, omissis τὸν ἐνιαυτόν. Triennium memorat etiam Apollodorus II. 6, 2. sed Sophocles etiam supra v. 69. unius tantum anni spatium dixerat. Ἡρόδωρος apud scholiastam coniecerat iam Valckenarius in exemplo ed. Iohns. quod penes me est. De eo Herodoro, qui res Herculis perscripsit, v. Heyn. ad Apollodor. T. II. p. 356.

255. Ἀγχιστῆρα, affinem, proximum culpae interpretantur P. Burmannus ad Phaedrum I. 10, 5. et Valckenarius Animadv. ad Ammon. p. 4. Recte videtur Seidlerus active dictum velle, qui admovit hoc malum.

256. Codd. et edd. vett. ξὺν παιδί. Inde a Turnebo obtinuit ξὺν παισί. Revocandam duxi antiquam scripturam, non quo Iole intelligenda sit, quod absonum foret, sed quia sic loquutos puto Graecos, ubi vel non constaret, vel non quaereretur, haberetne quis liberos, aut pluresne haberet. Quod idem nos facimus, mit Weib und Kind dicentes, eademque ratione utimur etiam in aliis formulis, ut de navi mersa, mit Mann und Maus. Praeterea vulgo καὶ γυναικί. Sed quum in cod. Flor. desit καί, Harleianus autem habeat, ξὺν παιδὶ γυναικί·τε, num quisquam dubitabit, quin Sophocles scripserit ξὺν παιδὶ σὺν γυναικί, eo modo, quo notissimum illud ξὺν δορὶ ξὺν ἀσπίδι dicitur. Caeterum ἔτι non abundare, utputat scholiastes, sed aliquando significare, praeeunte Dorvillio ad Charit. p.

στρατὸν λαβὼν ἐπακτόν, ἔρχεται πόλιν
τὴν Εὐρυτείαν. τόνδε γὰρ μεταίτιον
μόνον βροτῶν ἔφασκε τοῦδ' εἶναι πάθους·
ὃς αὐτὸν ἐλθόντ' ἐς δόμους ἐφέστιον,
ξένον παλαιὸν ὄντα, πολλὰ μὲν λόγοις
ἐπεῤῥόθησε, πολλὰ δ' ἀτηρᾷ φρενί,
λέγων, χεροῖν μὲν ὡς ἄφυκτ' ἔχων βέλη,

---

98. (259. ed. Lips.) monuit Brunckius. Ita nos quoque minantes n o c h usurpamus.

258. Quem στρατὸν ἐπακτὸν dicit Sophocles, Arcades fuisse et Malienses et Locros Epicnemidios perhibet Apollodorus II. 7, 7. Solos Arcades nominat Diodorus IV. 37.

259. Τόνδε, Eurytum dicit. Notandum μεταίτιον μόνον, ut infra v. 1233. Br. μόνη μεταίτιος, non exstincta propria verbi significatione, quae participem facti intelligi postulat, sed vel maxime servata, siquidem non is indicatur, qui auctor rei est, sed qui occasionem dedit. Vulgo caussam remotiorem dicunt. De re ipsa v. Apollodor. II. 6, 1. 2. ibique Heynium. Alii haec aliter narrarunt, pro diversitate vel auctorum vel consilii.

261. Male Abreschius ad Aesch. p. 79. ἐς δόμους ἐφεστίους scribi volebat. Librorum scripturam Brunckius et hic defendit, et ad Apoll. Rhod. I. 909. non ille tamen eo usus argumento, quo maxime uti debebat, quod δόμοι ἐφέστιοι non Euryti, sed Herculis domum significaturi essent.

263. Insolentius, quum ἔργοις dicendum esset, ἀτηρᾷ φρενὶ posuit, mala mente meditatum facinus intelligens, quod ebrium factum Herculem domo eiecit. Male in Aldina nulla distinctio est post φρενί. Nam λέγων, pro quo Ms. Harl. λέγω, ad sequentia pertinet.

τῶν ὧν τέκνων λείποιτο πρὸς τόξου κρίσιν·
φωνεῖ δὲ, δοῦλος ἀνδρὸς ὡς ἐλευθέρου

---

265. In scholiis Romanis *λίποιτο* scriptum, quasi non imperitiam Herculi exprobraret, sed victum arcu a filiis suis diceret. Sed scholiastes tamen victorem dicit Herculem. Quos ad h. l. scholiastes affert versus Hesiodi, tanta fuit Bentleii auctoritas in Epist. ad Mill. p. 59. seqq. (503. ed. Lips.) ut eius emendationem et Brunckius reciperet, et Gaisforcius fragm. Hesiod. 41. At, si quidquam certum est, hoc puto certissimum esse, non dedisse Hesiodum, *Ἀντιόπη κρείουσα Πύλωνος Ναυβολίδαο*, sed post *κρείουσα* intercidisse aliquot verba, in quibus nomen fuerat patris, sive ille Pylon, ut Hyginus fab. 14. ait, sive aliter appellatus fuit, ultima autem verba Hesiodi fuisse *παλαιοῦ Ναυβολίδαο*, ut apud Homerum est *παλαιοῦ Δαρδανίδαο*. Tum in tertio versu, qui in edd. vett. ita scriptus est, *τοῦ δ' υἱεῖς ἐγένοντο Δηΐων Κλύτιός τε*, videndum ne *Μολίων τε Κλύτιός τε* scribendum sit. Molionem certe pro Deione nominavit Diodorus Siculus IV. 37.

266. Male ante Brunckium *φώνει*. Ne quis in construenda hac verborum complexione erret, meminerit, ut illa, *λόγοις* et *ἀτηρᾷ φρενί*, comprobentur, primo dicta afferri, *λέγων*, (omisit hic *μέν*) *ὡς χεροῖν μὲν ἄφυκτα βέλη ἔχων τῶν ὧν τέκνων λείποιτο*, *δοῦλος δὲ ῥαίοιτο ἀνδρὸς ἐλευθέρου*, quod variavit, *φωνεῖ δὲ ὡς* dicens; deinde sequi alteram partem, quae omisso illi *μὲν* respondentem habet *δέ*, *δείπνοις δὲ ἔῤῥιψεν αὐτὸν ἐκτός*. Caeterum *ἀνδρὸς ἐλευθέρου*, ut iam scholiastes vidit, non cum *δοῦλος* coniungendum, siquidem sponte intelligitur servum liberi esse hominis servum, sed cum *ῥαίοιτο*: quod servus ab Eurystheo, qui liber esset, frangi

ῥαίοιτο· δείπνοις δ' ἡνίκ' ἦν οἰνωμένος,
ἔῤῥιψεν ἐκτὸς αὐτόν. ὧν ἔχων χόλον,
ὡς ἵκετ' αὖθις Ἴφιτος Τιρυνθίαν
πρὸς κλιτὺν, ἵππους νομάδας ἐξιχνοσκοπῶν,
τότ' ἄλλοσ' αὐτὸν ὄμμα, θἠτέρᾳ δὲ νοῦν
ἔχοντ', ἀπ' ἄκρας ἧκε πυργώδους πλακός.
ἔργου δ' ἕκατι τοῦδε μηνίσας ἄναξ,
ὁ τῶν ἁπάντων Ζεὺς πατὴρ Ὀλύμπιος,
πρατόν νιν ἐξέπεμψεν, οὐδ' ἠνέσχετο,
ὁθούνεκ' αὐτὸν μοῦνον ἀνθρώπων δόλῳ.

---

se pateretur. Homerus Od. ζ. 325. ἐπεὶ πάρος οὔποτ' ἄκουσας ῥαιομένου, ὅτε μ' ἔῤῥαιεν κλυτὸς Ἐννοσίγαιος.

267. Eustathius p. 692, 12. (570, 30.) οἰνωθεὶς ex Sophocle affert, hunc, ut videtur, locum respiciens. Mirum vero, dubitari a quoquam potuisse, an οἰνωμένος de Euryto intelligendum esset. Levis haec foret culpa, maleque conveniens ἀτηρᾷ φρενί. Neque sobrium quisquam ausus esset Herculem eiicere, sed eiicere ut posset eum, prius vino debilitare debebat.

268. Cod. Paris. αὐτὸν ἐκτός, quod non praeferam. Commoda enim verbo gravius pronunciando sedes est secundus trochaeus.

270. Fons huius fabulae est in Odyss. φ. 22. seqq.

271. Membranae Brunckii, codd. Flor. Harl. Ald. Iuntinae θητέρᾳ. Cod. Par. cum vulgatis θατέρᾳ.

274. Brunckii cod. T. Steph. Cant. et quae hanc sequuntur ὁ ὑλύμπιος. Notandum, quod ed. Turn. cum vett. libris in Ὀλύμπιος consentit.

276. Nimis patienter tolerata est scriptura ὅθ' οὕνεκα, quasi ex ὅτι et οὕνεκα, non ex ὅτου ἕνεκα haec dictio constaret. Meliorem rationem

ἔκτεινεν. εἰ γὰρ ἐμφανῶς ἠμύνατο,
Ζεύς τἂν συνέγνω ξὺν δίκῃ χειρουμένῳ.
ὕβριν γὰρ οὐ στέργουσιν οὐδὲ δαίμονες.
κεῖνοι δ' ὑπερχλιδῶντες ἐκ γλώσσης κακῆς,
αὐτοὶ μὲν Ἅιδου πάντες εἴσ' οἰκήτορες,
πόλις δὲ δούλη· τάσδε δ', ἅσπερ εἰσορᾷς,
ἐξ ὀλβίων ἄζηλον εὑροῦσαι βίον
χωροῦσι πρὸς σέ. ταῦτα γὰρ πόσις τε σὸς
ἐφεῖτ'· ἐγὼ δὲ, πιστὸς ὢν κείνῳ, τελῶ.
αὐτὸν δ' ἐκεῖνον, εὖτ' ἂν ἁγνὰ θύματα
ῥέξῃ πατρῴῳ Ζηνὶ τῆς ἁλώσεως,

---

praeivit Lobeckius, monuitque nuper Buttmannus in Gr. Gr. vol. I. p. 121.

278. Revocavi συνέγνω. Brunckius ξυνέγνω.

280. Billerbeckius ἐκ γλώσσης κακῆς ad sequentia referendum putabat, quod durum est. Illi vero, inquit, quod arrogantes erant maledicentia, omnes Orcum habitant.

282. De constructione, usitatissima illa, Porsonus ad Orest. 1645. Verba ἐξ ὀλβίων — πρὸς σὲ affert Suidas in v. ἄζηλον.

284. Male Brunckius πόσις γ' ὁ σός. Respondent sibi τε et δέ.

286. Errorem scholiastae, sacra lustralia propter caedem intelligentis, iam alii notarunt. Ex voto fieri, supra dictum erat v. 239.

287. Proprie πατρῷοι dii sunt, qui paterni generis auctores habentur. Sed latius extensa significatio tum omnino, a quibus quis genus suum repetat, tum etiam nominis auctoritatisque paternae defensores complectitur. De Iove πατρῴῳ omnium accuratissime disputavit Io. Grammius, homo pereruditus, in Historia deorum ex Xeno-

φρόνει νιν ὡς ἥξοντα. τοῦτο γὰρ λόγου
πολλοῦ καλῶς λεχθέντος ἥδιστον κλύειν.

ΧΟΡΟΣ.

ἄνασσα, νῦν σοι τέρψις ἐμφανὴς κυρεῖ,
τῶν μὲν παρόντων, τὰ δὲ πεπυσμένῃ λόγῳ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

πῶς δ' οὐκ ἐγὼ χαίροιμ' ἄν, ἀνδρὸς εὐτυχῆ
κλύουσα πρᾶξιν τήνδε, πανδίκῳ φρενί;

---

phonte p. 11. seqq. qui ne Sophoclis quidem locum neglexit. Etsi igitur proprie patri suo Iovi sacra facere Hercules dicendus erat, tamen non dubitavit poeta et hic et v. 753. magis infinite dicere πατρῴῳ, γενέθλιον intelligens, i. e. genitalem. Mira Porsoni ad Med. 1314. coniectura est, quum Athenienses non colerent Iovem πατρῷον, tragicos, corrigere huius religionis omissionem cupientes, saepe ingessisse Δία πατρῷον. Persuasit tamen Heindorfio ad Platonis Euthydem. p. 404.

288. *Νιν* additum, quasi interrupta praecedente oratione, ut saepe et Graeci et Latini. Neque ab ulla hoc lingua abhorret. Comparavit hunc locum cum Oed. Reg. 246. seqq. Porsonus praef. ad Hec. p. X. ed. sec. sed male ille νὶν propter αὐτὸν abundare ratus, quum propter ἐκεῖνον dicere deberet. Repetiit tamen eadem Erfurdtius in ed. minore Oed. Regis.

289. Vix opus est, ut moneamus λόγου πολλοῦ καλῶς λεχθέντος dici pro πολλῶν λεχθέντων καλῶν.

291. Libri τῶν δὲ πεπυσμένῃ λόγῳ. Cod. Par. λόγων. Iam Scaliger, ut refert Porsonus in Advers. p. 174. τὰ δὲ correxit, quod denique etiam Toupio ad Suid. T. I. p. 114. in mentem venit. Debui hoc recipere, etsi suspicor Sophoclem scri-

πολλή 'στ' ἀνάγκη τῇδε τοῦτο συντρέχειν.

---

psisse, τῶν μὲν παρόντων, καὶ πεπυσμένη λόγῳ. Τὰ παρόντα captivas intelligit, documentum rei bene gestae.

294. Membranae Brunckii, cod. Harl. et, ut videtur, Par. cum Ald. et aliis edd. vet. πολλή 'στ' ἀνάγκη, idque servavit Brunckius, apud quem duo codd. quibus accedit Florentinus, πολλή τ' ἀνάγκη. Turnebi ed. et quae hanc sequuntur, πολλὴ δ' ἀνάγκη. Erfurdtius dedit πολλή γ' ἀνάγκη, quod placuit Valckenario ad Phoen. 1668. Quanta soleat scripturae fluctuatio in hac formula esse, docuit Elmsleius ad Med. 981. Non dixerim tamen cum Porsono ad Med. 1008. promiscue usurpari πολλή μ' ἀνάγκη, πολλή γ' ἀνάγκη, πολλή 'στ' ἀνάγκη. Nam ut quibusdam in locis nihil referat, qua harum formarum utare, in aliis non licet iis promiscue uti. Confitentis et concedentis esse πολλή γ' ἀνάγκη, non est dubium. Quare nolim id ex coniectura mutari in Alcest. 378. Defendi potest etiam in Sophoclis El. 309. Affirmantis est omissio particulae restrictivae, nunc posito pronomine, ut in Phoenissis 1667. (1688. Pors.) et in Medea 1013. (1008. Pors.) nunc ipso verbo ἐστὶ adiecto. Quod si quid video, requiritur πολλή 'στ' ἀνάγκη in Hecuba v. 395. quod tamen neque in libris, quod sciam, neque in scholiis est. Recte id Brunckium dedisse puto etiam in Oed. Col. 293. De Trachiniarum loco sic sentio. Si Sophocles, quod quis non inepte coniiciat, in prima editione non posuit duos praecedentes versus, recte se habet πολλή γ' ἀνάγκη. Ac videri potest in secunda editione, omisso hoc versu, pro eo illos duo posuisse. Sed si omnes tres coniunxit, non aptum erat γέ, sed dicendum erat, πολλή 'στ' ἀνάγκη. Neque enim concedere, quod modo dixerat, sed fortius affirmare debebat, quo deinde tamen ali-

ὅμως δ' ἔνεστι τοῖσιν εὖ σκοπουμένοις
ταρβεῖν τὸν εὖ πράσσοντα, μὴ σφαλῇ ποτέ.
ἐμοὶ γὰρ οἶκτος δεινὸς εἰςέβη, φίλαι,
ταύτας ὁρώσῃ δυςπότμους ἐπὶ ξένης
χώρας ἀοίκους ἀπάτοράς τ' ἀλωμένας,
αἳ πρὶν μὲν ἦσαν ἐξ ἐλευθέρων ἴσως

---

quid opponeret. Minime autem inutilis est hic versus, licet nihil nisi iam dicta repetat. Egregie enim hoc convenit animo haesitanti, quumque velit gaudere, si possit, tamen quasi vi quadam retineri se, quominus gaudeat, sentienti. Dicit autem: non potest fieri, ut non huc ista conveniant: i. e. ut quae vidi et audivi, non conspirent ad id, ut gaudere debeam. Caeterum pro *συντρέχειν* cod. Par. *συμπράττειν*.

296. Hunc et sequentem versum afferunt Stobaeus Serm. CV. in Grotii Dictis Poet. p. 429. et Suidas in v. *ταρβεῖ*, cuius edd. vett. pro *ὅμως δ'* habent *καὶ μὴν*, et *τοῖς* pro *τοῖσιν*. Cod. Suidae Leid. *καὶ μὴν* et *τοῖσι*. *εὖ σκοπουμένοις* pro *εὖ σκοποῦσιν* attigit Eustathius p. 806, 57. (727, 12.)

297. Wakefieldii coniecturam *ὄκνος* receperat Erfurdtius, sed videtur postea improbasse, quum eam in exemplo, quod minori editioni destinaverat, non admiserit. Idque recte fecit. Nam quae v. 303 seqq. dicit Deianira, hoc eam dicere ostendunt: quamvis gaudeam re viri bene gesta, tamen est etiam, quare metuam res secundas. Qua enim, has intuens, sortis earum miseratione tacta sum, ea utinam ne meis olim ab aliquo contingat. Egregie vero hac captivarum opportunitate utitur poeta ad metum impendentis mali in spectatorum animis excitandum, ubi nondum in iis, quae aguntur, quidquam est, quod malum Herculi portendere videatur.

300. Non intelligo, quo pacto Schaeferus hic

ἀνδρῶν, τανῦν δὲ δοῦλον ἴσχουσιν βίον.
ὦ Ζεῦ τροπαῖε, μή ποτ' εἰσίδοιμί σε
πρὸς τοὐμὸν οὕτω σπέρμα χωρήσαντά ποι,
μηδ', εἴ τι δράσεις, τῆσδέ γε ζώσης ἔτι.
οὕτως ἐγὼ δέδοικα, τάσδ' ὁρωμένη.
ὦ δυστάλαινα, τίς ποτ' εἶ νεανίδων;
ἄνανδρος, ἢ τεκνοῦσσα; πρὸς μὲν γὰρ φύσιν,
πάντων ἄπειρος τῶνδε, γενναία δέ τις.
Λίχα, τίνος ποτ' ἐστὶν ἡ ξένη βροτῶν;
τίς ἡ τεκοῦσα; τίς δ' ὁ φιτύσας πατήρ;
ἔξειπ'· ἐπεί νιν τῶνδε πλεῖστον ᾤκτισα

---

et v. 314. ἴσως de re certa dici velit. Et Deianira hic coniicit tantum, et illic Lichas, ut qui nesciat, loquitur.

303. Cod. Harl. πη. Erfurdtius ex coniectura dederat χωρήσαντ' ἐγώ. Recte se habet vulgata, cuius hic sensus est, πρὸς τοὐμοῦ σπέρματός τινα. Apte Schaeferus: „ποι, quoquam. Optat Deianira, ut Iupiter nulli non suorum parcat."

304. Supple δράσῃς ex δράσεις. V. Porson. ad Euripid. Orest. v. 1035. SCHAEFER.

305. Δέδοικα τάσδ' ὁρωμένη, pro ὁρῶσα dictum, commemoravit Eustathius p. 806. 58. (727, 13.)

306. Elmsleius ad Heracl. 567. iungi vult ὦ δυστάλαινα νεανίδων. Conf. Dobraei Aristophanic. Addend. p. 133.

307. Ald. et edd. vett. τεκνοῦσα. Membranae Brunckii, cod. Flor. Par. τεκοῦσα, quod etiam in scholiis Rom. est. Sed membranae in margine, γρ. τεκνοῦσα, ἤτοι τέκνα ἔχουσα. Τεκνοῦσα scribi volebat etiam Toupius ad Suid. T. II. p. 36. Sed recte Brunckius τεκνοῦσσα, quo spectat etiam παιδοῦσσα ex Callimacho a scholiasta allatum, etsi male scriptum παιδοῦσα. Quae sequuntur, ita intelligenda: nam quod ad aetatem, nihil horum (nec puerperium, nec virum) experta es.

βλέπουσ', ὅσῳ περ καὶ φρονεῖν οἶδεν μόνη.

ΛΙΧΑΣ.

τί δ' οἶδ' ἐγώ; τί δ' ἄν με καὶ κρίνοις; ἴσως
γέννημα τῶν ἐκεῖθεν οὐκ ἐν ὑστάτοις.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

μὴ τῶν τυράννων; Εὐρύτου σπορά τις ἦν;

---

312. Res omnium fortasse, quae umquam ad Sophoclem adnotatae fuerunt, maxime memorabilis non nemini in mentem venit, solam sapere videri Iolen, quae sola inter omnes has mulieres muta adstet. Quos non delectant garrientes in scena captivae mulieres, eo Iolen solam dici sapere videbunt, quod, quum caeterae stupidae magis adstent, ut minus afflictae amissa libertate videantur, haec perpetuo fletu sentire se magnitudinem infortunii sui, tristitiâ autem et silentio adversa cum dignitate ferre ostendat.

315. Vett. libri, *μὴ τῶν τυράννων Εὐρύτου σπορά τις ἦν;* Duo codd. Brunckii *μή του τυράννων.* Atque ita Canterus edidit. Brunckius insigni temeritate, *μὴ τοῦ τυραννεύοντος Εὐρύτου σπορά;* Erfurdtius, *μή που τύραννος Εὐρύτου σπορά τις ἦν.* Praeclare locum sanavit Schaeferus apta interpunctione. Non satis tamen liquet, quomodo intelligi voluerit, qui nihil aliud adnotaverit, quam vocis *τύραννος* significationem passim latius patere: nam dici de omni stirpe regia. Non est hic de stirpe regia, sed de ipsis regibus Oechaliae cogitandum. Neque enim hoc dicit: an cuiuspiam ex regia stirpe? Eurytine aliqua filia est haec mulier? sed hic sensus est: an regum? Eurytus ecquam prolem habuit? Caeterum non fraudandus laude sua Erfurdtius, quem in eamdem cum Schaefero conie-

ΛΙΧΑΣ.

οὐκ οἶδα. καὶ γὰρ οὐδ᾽ ἀνιστόρουν μακράν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

οὐδ᾽ ὄνομα πρός του τῶν ξυνεμπόρων ἔχεις;

ΛΙΧΑΣ.

ἥκιστα· σιγῇ τοὐμὸν ἔργον ἤνυτον.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

εἴπ᾽, ὦ τάλαιν᾽, ἀλλ᾽ ἡμὶν ἐκ σαυτῆς· ἐπεὶ
καὶ ξυμφορά τοι μὴ εἰδέναι σέ γ᾽, ἥτις εἶ.

---

cturam incidisse, haec eius adnotatio MS. ostendit: „Leg. *μὴ τῶν τυράννων*; numquid ex regio genere? Vid. not. ad Eurip. Hecub. v. 552. ed. Lips. 1803. Sic Liv. 2, 2. quo adiutore reges eiecerant, i. e. regium genus. V. Schaeferi Glossar. Liv. in Rex. Gronov. ad Tacit. Ann. 12, 4."

319. *Ἐκ σαυτῆς* non ultro significat, sed tua sponte. Dic, inquit, mihi saltem tua sponte. Bene scholiastes: *ἀπὸ σαυτῆς καὶ μὴ ὡς ἀφ᾽ ἡμῶν ἠναγκασμένη.*

320. Duo codd. ap. Brunckium et edd. quae Triclinii recensionem habent, *ξυμφορά τις*. Membranae, codd. Harl. Flor. Par. edd. vett. *ξυμφορά τοι*. In Harl. omissa *σέ γ᾽ ἥ*. Sensum recte declaravit scholiastes: *συμφορὰ γάρ ἐστι τὸ μὴ γιγνώσκεσθαί σε ἥτις τυγχάνεις. τοῦτο δέ φησιν ὡς μέλλουσα αὐτῇ δεξιῶς χρήσασθαι, εἰ γνοίη τὰ κατ᾽ αὐτήν.* Quod si quis, quoniam *ξυμφορά*, ut edita sunt poetae verba, potius Deianirae, quam Ioles intelligenda videatur, ex codicis Harleiani scriptura coniiciat, turbatum hic aliquid esse, et vel sic esse scribendum, *ἐπεὶ καὶ ξυμφορά τις,*

ΛΙΧΑΣ.

οὐτἄρα τῷ γε πρόσθεν οὐδὲν ἐξ ἴσου

τοὐμὲ μὴ εἰδέναι τίς εἶ, vel sic, ἐπεὶ καὶ ξυμφορὰ τὸ μὴ εἰδέναι σ' ἡμᾶς, τίς εἶ: non putem eum recte facere. Nam etsi illud, quod scholiastes indicavit, in mente habet Deianira, tamen non decet eam sic inerudite dicere, hoc quoque, quod ego quae sis nescio, tibi malum est, sed ita potius loqui deberet, ἐπεὶ καὶ ξυμφορά τις, μὴ εἰδέναι τίν', ἥτις εἶ. Sed nolim sollicitari vulgatam scripturam, nisi quod τις, quamvis elegans sit, a Triclinio profectum videtur. Pro τοι non inepte coniicias τό. Sed nihil mutandum videtur, etsi, quum fere ἐπεί τοι καὶ dicatur, insolentius posita est particula, quae Germanico ia respondet. Hoc enim dicit dic, o infelix, saltem nobis tua sponte: nam etiam hoc miserum est profecto, ignorari te, quae sis.

321. Bis in scholiis Romanis οὔτ' ἄρα τό γε scriptum invenitur. Permira est scholiastae explicatio: ἐὰν αἰδουμένη σε φθέγξηται, κατ' οὐδὲν ἄρα ἐξ ἴσου τῷ πρόσθεν χρόνῳ προκομίσειεν αὐτῆς τὴν γλῶτταν. τὸν γὰρ πρὸ τούτου χρόνον ἐσιώπα, καὶ οὐδὲν πρὸς ἐμὲ τῶν καθ' ἑαυτὴν ἐδημοσίευσεν, οὔτε μικρόν, οὔτε μέγα παντελῶς. Omnino male διοίσει γλῶσσαν etiam alii edet vocem interpretantur. Conturbavit eos οὐδέν medium inter τῷ γε πρόσθεν ἐξ ἴσου χρόνῳ positum. Exspectabat Deianira, responsuram esse Iolen. At illa tacet. Id videns Lichas dicit: οὐτἄρα οὐδὲν διοίσει γλῶσσαν ἐξ ἴσου τῷ γε πρόσθεν χρόνῳ: nihil ergo differet ab se ipsa loquendo, (i. e. semper eadem erit, constanter servando silentio) aeque ut antea fecit. Non dissimile illud

χρόνῳ διοίσει γλῶσσαν, ἥτις οὐδαμὰ
προὔφηνεν οὔτε μεῖζον', οὔτ' ἐλάσσονα.
ἀλλ' αἰὲν ὠδίνουσα συμφορᾶς βάρος
δακρυῤῥοεῖ δύστηνος, ἐξ ὅτου πάτραν
διήνεμον λέλοιπεν. ἥδε τοι τύχη

Terentii Andr. II. 6, 3. S. quid Davus narrat? D. aeque quidquam nunc quidem.

322. Cod. Flor. οὐδαμῇ· Vulgo οὐδαμᾶ. Οὐδαμᾶ et μηδαμᾶ a diverbiis alienum puto. Quae forma sicubi invenitur, in fine versus est, ut nullam a metro auctoritatem habeat. In medio chori iambico dimetro est οὐδαμῇ in Antig. 874. et μηδαμῇ in trimetro medio ap. Aeschyl. Prom. 58. Contra οὐδαμὰ et μηδαμὰ ultima brevi in melicis apud Aeschylum Prom. 525. et in v. l. Pers. 431. apud Sophoclem in Antig. 830. Oed. Col. 517. 1698. et in diverbio apud Aeschyl. Suppl. 891. Discrimen ad sensum non magnum: οὐδαδαμὰ nihil, οὐδαμῇ nulla ratione significat. Hic οὐδαμὰ scribendum duxi.

323. De fortiore negandi formula οὔτι μεῖζον, οὔτ' ἔλαττον dixit Schaeferus ad Dionys. de comp. verb. p. 71.

325. Δακρυῤῥοεῖ Brunckio debetur pro vulgato δακρυῤῥόει. Cod. Flor. δύστηνον.

326. Scholiastes: διήνεμον. ἔρημον. ὑψηλὴν, ἣν Ὅμηρος ἠνεμόεσσάν φησιν. Hinc Brunckius colligit, quum hodie nusquam apud Homerum ventosa dicatur Oechalia, scholiasten meliorem lectionem sequutum esse Iliad. β. 730. ubi hodie est, οἵ τ' ἔχον Οἰχαλίην, πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλιῆος. Fallitur. Stabile Euryti epitheton ab antiquioribus poetis acceptum servavit Homerus et illo in loco et versu 596. Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος, et Od. ϑ. 224. Scholiastes nihil aliud voluit, quam urbes in editis locis sitas ab Home-

ro ἠνεμοέσσας dici. Sed Sophocles si διήνεμον ita intelligi voluit, ut v. 354. τὴν ὑψίπυργον Οἰχαλίαν et v. 858. ἀπ' αἰπεινᾶς Οἰχαλίας dixit, non solum epitheto usus est ab huius loci ratione alienissimo, sed collocavit illud etiam ineptissime ea in parte versus, ubi otiosa vocabula collocari minime possunt. Multo facilius ferri posset, si essent in fine versus posita verba πάτραν διήνεμον. Lexicographi praeter hunc locum attulerunt Philonis Byzantii verba, tumidi ineptique scriptoris, qui in libello de VII. Orbis miraculis cap. I. ubi de hortis pensilibus refert, ita scribit: καὶ τὰ πέταλα τῶν δένδρων ἁπαλοῖς τοῖς ἀκρέμοσιν ἐπιπεφυκότα, δροσοπαγῆ καὶ διήνεμον ἔχει τὴν φύσιν. Videtur dicere, folia roscida non pendula adstringi, sed recta stare, auris pervia, nisi omnino virentia et laeta, quae nos simili metaphora frisch vocamus, intelligi voluit. Omninoque διανεμοῦσθαι est vento agitari, ut iubam equi dixit Philippus in Brunckii Analectis T. II. p. 225. epigr. 50. et vestem Lucianus Imag. 7. T. II. p. 465, 67. Sed haec alienissima sunt a solitudinis significatione. Tamen aut hanc, aut aliam similem hic locus requirit. Itaque sic demum διήνεμος pro ἔρημος dici potuit, si ferro ignique vastati turrium atque aedium muri, patulum ventis iter praebentes, cogitantur. Fatendum tamen, Ossiano hanc solitudinis notam usitatiorem, quam Graecis poetis esse: ut malim, quod magis ex more Graecorum dictum putem, deletam urbem, et quasi ventis difflatam intelligi. Simili metaphora apud Euripidem Helena in cognomine fabula v. 32. quum pro ipsa simulacrum eius Paridi datum esset, de Iunone dicit, ἐξηνέμωσε τἄμ' Ἀλεξάνδρου λέχη. Ibi cur minus aptum foret διηνέμωσε, non difficilius est intellectu, quam cur Sophocles, si verbum pro nomine usurpare voluisset, διηνεμωμένην potius quam ἐξηνεμωμένην debuisset dicere.

κακὴ μὲν αὐτῇ γ', ἀλλὰ συγγνώμην ἔχει.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ἥδ' οὖν ἐάσθω, καὶ πορευέσθω στέγας
οὕτως ὅπως ἥδιστα, μηδὲ πρὸς κακοῖς
τοῖς οὖσι λύπην πρός γ' ἐμοῦ λύπῃ λάβοι·

---

327. Vulgo, ἡ δέ τοι τύχη κακὴ μὲν αὐτῇ γ', ἀλλὰ συγγνώμην ἔχει. Scholiastes: αὐτὴ (scribe αὕτη) δὲ ἡ τύχη, καθ' ἣν σιωπᾷ, ἐπιβλαβὴς μὲν αὐτῇ ἐστί, καθ' ὃ οὐ τυγχάνει τῆς παρὰ σοῦ δεξιότητος, ὅμως δὲ συγγνώμην ἔχει. Qui ἡ δέ τοι servant, τύχη necessario non de luctu puellae non intermisso, sed universe de fortuna intelligere debent, ut capta et vastata puellae patria spectetur: fortuna sane mala est ei. At quid tum γε post αὐτῇ? Nam quod Schaeferus ait, „αὐτῇ γε non magis emphaticum quam ἔμοιγε, σοίγε (Oedip. Col. v. 111.) quibus ad amussim respondet," non persuadet. Nego enim γὲ usquam addi, ubi non vim aliquam habeat. Exemplum illud ex Oed. Col. non erat afferendum, in quo Triclinii esse videtur σοί γε. Cod. Flor. et edd. vett. καὶ σοί τε τοὔργον τοὐμὸν ἔσται βραχύ. Vnde verisimile est, scribendum esse, καὶ σοί τε τοὔργον τοῦτ' ἐμοί τ' ἔσται βραχύ. Quodsi αὐτῇ γε hic ferri nequit coniunctum cum ἡ δέ τοι, hoc servato αὕτη γε scribatur necesse est, quod ex mea coniectura recepit Erfurdtius, nisi accentu male notato. Ac repertum est αὕτη γ' in cod. Paris. Sed praestare putavi, quod propius ad veterem scripturam accedit, quodque scholiastam legisse apparet, ἥδε τοι et αὐτῇ γ'. Vera est autem huius interpretatio: enimvero haec sors male quidem illi ipsi est, sed habet, cur ignoscas.

330. Vulgo λύπην πρός γ' ἐμοῦ λύπης. Vereor

ἅλις γὰρ ἡ παροῦσα· πρὸς δὲ δώματα
χωρῶμεν ἤδη πάντες, ὡς σύ θ' οἷ θέλεις
σπεύδῃς, ἐγὼ δὲ τἄνδον ἐξαρκῆ τιθῶ.

---

ne hoc non possit defendi. Valde diversa sunt illa ad Orientis exemplum dicta, πιστὰ πιστῶν, δέσποτα δεσπότου. Neque comparari possunt κακὰ κακῶν, aut ἔσχατ' ἐσχάτων κακά. Multa frustra tentarunt viri docti, quaedam inepte, invenuste omnia. In alia, eaque satis facilia, non inciderunt. Scholiastes: μὴ ἀναγκαζέσθω λέγειν, ἀλλὰ πραττέτω, ὥσπερ αὐτῇ φίλον, ἵνα μὴ δόξωμεν αὐτὴν λυπεῖν. Quis non suspicetur, hunc legisse, μηδὲ πρὸς κακοῖς τοῖς οὖσι δόξαν πρός γ' ἐμοῦ λύπης λάβοι? At languidius hoc foret. Omnium maxime simplex et facile hoc est: μηδὲ πρὸς κακοῖς τοῖς οὖσιν ἄλλην πρός γ' ἐμοῦ λύπην λάβοι. Atque erunt fortasse qui hoc receptum velint, quum illa ipsa scriptura exstet in cod. Paris. Nec verisimile est scholiasten, si λύπην λύπης legisset, non aliquid adnotaturum fuisse. Verum nimis redolet illa lectio emendationem, praesertim quum simile quid margo ed. Turn. habeat, λοιπὴν πρός γ' ἐμοῦ λύπην. Itaque unius litterae mutatione pro λύπης dedi λύπῃ. Dativo enim, ubi talia copulantur, uti solent. Exempla quaedam vide apud Porsonum ad Hecub. 592. Nihil vero supervacaneum. Absit, inquit, ut in malis, in quibus est, captivitatem intelligit, dolori eius, quo hanc sortem dolet, a me alius accedat dolor, si etiam narrare infortunium suum cogatur: satis est enim hic dolor, quod captiva est.

332. Brunckius, non memor τὲ et δὲ sibi respondere posse, male dedit σύ γ'. Recte et hoc et Schaeferi ἐγώ τε improbat Matthiae ad Eurip. Orest. 192. Pro οἷ cod. Harl. ᾗ.

333. Triclinii recensio ἐγώ τε, male.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

αὐτοῦ γε πρῶτον βαιὸν ἀμμείνασ᾽, ὅπως
μάθῃς, ἄνευ τῶνδ᾽, οὕς τινάς τ᾽ ἄγεις ἔσω,
ὧν τ᾽ οὐδὲν εἰσήκουσας, ἐκμάθῃς γ᾽ ἃ δεῖ.
τούτων ἔχω γὰρ πάντ᾽ ἐπιστήμην ἐγώ.

---

334. MSS. et edd. vett. ἐμμείνασ᾽. Triclinii recensio ἀμμείνασ᾽, quod quum iam Iuntina secunda habeat, meliusque convenire huic loco videatur, recepi.

335. Erfurdtius ter posito γε offensus, et post οὕστινας atque ἐκμάθῃς otiosam esse atque ineptam ratus hanc particulam, οὕστινάς τ᾽ edidit, et ἐκμάθῃς ἃ δεῖ. Non dixerim ego quidem non recte hic dici οὕστινάς γε, sed nolim tamen ad defendendam particulam cum Schaefero illa adhibere, quae Porsonus in praef. ad Hec. p. 47. seq. attulit, quae exempla omnia diversissimi generis sunt, ut in quibus ὅστις rationi reddendae inserviat. Hanc potius ob caussam recepi τε, quod hic aperte haec duo nuncius ut maxime coniuncta docere vult, et quae sit ista, et quem ad finem adducta. Plane omissa est particula in cod. Paris. et scholiis Rom. Quod dicit scholiastes ἦσαν δὲ καὶ ἄρσενες μετὰ τῶν αἰχμαλώτων, falsum est, neque tali commento opus ad explicandum nomen masculinum.

336. Cod. Paris. ἐκμάθῃς θ᾽. Harl. Flor. Ald. aliique vett. libri ἐκμάθῃς γ᾽. Sic etiam Iuntina prior, in qua Erfurdtius δ᾽ esse scripsit, quod in solis Brubachianis et Vitebergensi a. 1585. inveni. Plane omittunt particulam Turnebi editio, et quae hanc sequuntur. Recte vero γ᾽, ut cognoscas certe, quae te scire oportet.

337. Erfurdtius cum Wakefieldio κάρτ᾽ ἐπιστήμην dedit. Sed recte Schaeferus monet, quod li-

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

τί δ' ἐστί, τοῦ με τήνδ' ἐφίστασαι βάσιν;

---

bri habent, idem esse, ac τούτων γάρ εἰμι πάντ' ἐπιστήμων ἐγώ.

338. Scholia Romana: τοῦ κε τήνδ' ἐφίστασαι βάσιν. τίνος ἕνεκεν τὴν πορείαν καὶ τὴν εἴσοδον ἱστᾷς καὶ κωλύεις; Illud κε Porsono ad Phoen. 1373. ansam praebuit ita corrigendi, τί δ' ἔστι; τοῦ καὶ τήνδ' ἐφίστασαι βάσιν. Quam correctionem sero cognitam recepturus erat Erfurdtius, recepit Schaeferus. P. Elmsleius me certiorem fecit, in codice, unde expressa sunt scholia Romana, με legi, ut in caeteris libris est, et esse istum unum de multis erroribus illius editionis. Brunckius ad mentem scholiastae vertit, cur meum sistis gradum? Quem sensum verebatur Porsonus ut verba admitterent. Quod ipse dedit, ita videtur intelligi voluisse: cur huc accedis? ut τήνδε βάσιν nuncii ad se accessum Deianira dicat. At ita etiam servato με interpretari licebat, quia idem est ac τί με προσέρχῃ; Sed et illa, quae ante dixerat Deianira, et nuncii verba, αὐτοῦ γε πρῶτον ἀμμείνασα, quaeque mox addit, σταθεῖσ' ἄκουσον, vix sinunt dubitare, quin scholiastae et Brunckii interpretatio vera sit. Sane quidem activo uti debebat, et suspiceris ἐπέστησας dare voluisse librarium, qui cod. Paris. exaravit, in quo est ἐπίστασαι. Sed quum tam multa verba mediae formae Sophocles pro activis usurpet, cuiusmodi exempla plura ex hac ipsa fabula dedit Eustathius p. 806 (727), non dubitem hoc quoque in hunc numerum referre, praesertim quum etiam aptissimum sit medium, ut indicetur, nuncium sibi auscultare velle Deianiram. Eadem Seidleri sententia est, qui comparari volebat Oed. Col. 113. καὶ σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα κρύψον κατ' ἄλσος, quod mihi alius generis videtur,

ΑΓΓΕΛΟΣ.

σταθεῖσ' ἄκουσον· καὶ γὰρ οὐδὲ τὸν πάρος
μῦθον μάτην ἤκουσας, οὐδὲ νῦν δοκῶ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

πότερον ἐκείνους δῆτα δεῦρ' αὖθις πάλιν
καλῶμεν, ἢ 'μοὶ ταῖσδέ τ' ἐξειπεῖν θέλεις;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

σοὶ ταῖσδέ τ' οὐδὲν εἴργεται· τούτους δ' ἔα.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

καὶ δὴ βεβᾶσι, χὠ λόγος σημαινέτω.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἁνὴρ ὅδ' οὐδὲν ὧν ἔλεξεν ἀρτίως,
φωνεῖ δίκης ἐς ὀρθόν, ἀλλ' ἢ νῦν κακός,
ἢ πρόσθεν οὐ δίκαιος ἄγγελος παρῆν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

τί φής; σαφῶς μοι φράζε πᾶν ὅσον νοεῖς.
ἃ μὲν γὰρ ἐξείρηκας, ἀγνοία μ' ἔχει.

---

339. Cod. Paris. *τῶν πάρος μύθων.*

342. Groddeckius et Schaeferus *ἢ 'μοί*, quum ne Brunckius quidem atque Erfurdtius vulgatum *ἤ μοι* correxissent.

343. Iterum scholiastes mares captivis mulieribus mixtos ingerit: sed resipiscens addit, *ἢ τοὺς περὶ τὸν Λίχαν.* Nempe Lichas cum captivis intelligendus.

345. Scripsi *ἁνὴρ ὅδ'* pro *ἀνὴρ ὅδ'*.

346. Versus 346—465. desunt in cod. Paris.

349. Steph. Cant. ex Triclinii correctione *ἀγνοίᾳ*. Caeteri, etiam recentissimi, pravo accentu *ἄγνοιά μ' ἔχει.*

ΑΓΓΕΛΟΣ.

τούτου λέγοντος τἀνδρὸς εἰσήκουσ' ἐγώ,
πολλῶν παρόντων μαρτύρων, ὡς τῆς κόρης
ταύτης ἕκατι κεῖνος Εὔρυτόν θ' ἕλοι,
τήν θ' ὑψίπυργον Οἰχαλίαν· Ἔρως δέ νιν
μόνος θεῶν θέλξειεν αἰχμάσαι τάδε·
οὐ τἀπὶ Λυδοῖς, οὐδ' ἐπ' Ὀμφάλῃ πόνων
λατρεύματ', οὐδ' ὁ ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος·
ὃν νῦν παρώσας οὗτος, ἔμπαλιν λέγει.
ἀλλ' ἡνίκ' οὐκ ἔπειθε τὸν φυτοσπόρον
τὴν παῖδα δοῦναι, κρύφιον ὡς ἔχοι λέχος,
ἔγκλημα μικρὸν αἰτίαν θ' ἑτοιμάσας,
ἐπιστρατεύει πατρίδα τὴν ταύτης, ἐν ᾗ
τῶν Εὐρύτου τόνδ' εἶπε δεσπόζειν θρόνων·

---

351. Sequentem versum cum parte huius affert schol. Eurip. ad Hippol. 551. ed. Matth.

357. Glossae et scholiastes: *ὅν*, *τὸν ἔρωτα*. Erfurdtius dedit *ὅ*. Sed recte monet Schaeferus, *ὅς* etiam ad remotiorem referri. Nempe refertur ad rem primariam. Is hic amor est. Caetera enim obiter commemorantur. *Παρώσας* Hesychius explicat *ἐάσας*, recte. Retrusit enim et dissimulavit Lichas amorem Iolae. Quod in Phrynichi Apparat. (apud Bekkerum Anecd. I. p. 4, 16.) legitur, *αὐτὸ τοὔμπαλιν λέγεις*, Valckenarius ad Hippol. 388. ad Sophoclis sive perditum aliquem versum, sive hunc spectare suspicabatur.

362. Ald. et veteres libri *τῶν Εὔρυτον τῶνδ'*. Triclinii recensio *τὸν Εὔρυτον τῶνδ'*, et ita etiam cod. Flor. et duo MSS. Brunckii, ac Iunt. sec. atque, ut videtur, Harl. Ex cod. B. Brunckius dedit *τὸν Εὔρυτον τόνδ'*. Qua scriptura nihil potest inveniri ineptius. Quid enim opus erat, re omni iam declarata non modo dicere, quod iam sciebamus, in patria Ioles regnasse Eurytum,

κτείνει τ' ἄνακτα πατέρα τῆσδε, καὶ πόλιν
ἔπερσε. καὶ νῦν, ὡς ὁρᾷς, ἥκει δόμους
ὡς τούσδε πέμπων οὐκ ἀφροντίστως, γύναι,

---

sed id ita etiam dici, ac si ne verum quidem esset, sed Lichas tantum diceret, regem Oechaliae fuisse Eurytum? Lichas vero, an Hercules ipse? Si Lichas, molesta est omissio pronominis ὅδε. Sin Hercules, magis etiam inepta est sententia, siquidem regnabat Oechaliae Eurytus, etiam si id non diceret Hercules. Erfurdtius, me auctore, hunc versum versui 358. hoc modo continuavit: ὃ νῦν παρώσας οὗτος, ἔμπαλιν λέγων, τῶν Εὐρύτου τόνδ' εἶπε δεσπόζειν θρόνων. Tolerabilius hoc foret, nisi mutationis audacia obstaret. Admisi quidem emendationem, quam in hoc versu feceram, sed ordine versuum servato. Sic enim haec accipienda sunt: bello petit huius patriam, in qua Lichas Euryti regnum tenere illum velle dicebat. Id propterea addit nuncius, ut indicet, Licham hoc praetexuisse, ut veram belli caussam celaret. De volendi significatione saepe verbis adhaerente dictum ad Aiacem v. 1105.

364. Erfurdtius cum Brunckio καί νιν edidit. Libri καὶ νῦν. Id servandum duxi, quia pronomen, quum omnis oratio ad Iolen spectet, facile intelligi potest.

365. Brunckio duce alii δόμους ἐς τούσδε dederunt. Libri ὡς. Valckenarius ad Phoen. 1409. sicuti solet suam etiam in levissimis rebus diligentiam ostentare, semel ὡς pro πρὸς ab Sophocle dictum ait, v. 542. (533. Br.) Effugerat eum hic locus. Notissimum illud praeceptum Atticistarum, ὡς ista significatione non iungi rebus inanimatis, tuetur idem etiam ad Herodotum II. 135. p. 169. et in adnotationibus ad Thom. M.

quas cum epistolis VV. DD. ad Ernestium edidit Tittmannus p. 186. s. Estque haec iam pervulgata hominum doctorum opinio, in qua ego primum illud miror, quod plerique Atticorum proprium esse dicunt, quod commune est omnium Graecorum; deinde circumspectionem quamdam in ea re desidero, etsi veritatem observationis non puto controversam esse. Multa sunt huiusmodi etiam aliis in linguis, atque ut Latine dices, mitti quempiam vel ire ad Romanos, non etiam ad Romam, ita nos, quum quis in regionem aliquam urbemve mitti dicitur, nach, quum ad hominem, zu, quum ad montem, fluvium, omninoque ad locum, quem non ipsum ingrediatur, an usurpamus, excepto tamen hoc ipso loci vocabulo, in quo haec particula etiam ipsius loci ingressionem notat. Sed in particula ὡς videndum erat, ne ea, ubi locus pro iis, qui sunt eo in loco, nominatur, recte poneretur. Id quod valde est verisimile. Eodem discrimine et nos et Romani mitti dicimus in domum, in das haus, quem introire in aedes ipsas significamus; ad domum autem, zu dem hause, qui ad eos, quorum est ea domus, mittitur. Itaque quum hic δόμους ὡς τούςδε possit etiam pro ὡς ὑμᾶς τοὺς ἐν τοῖςδε τοῖς δόμοις dictum accipi, servare malui librorum scripturam, quam corrigere ad regulam nondum ex omni parte exploratam. Ed. Turn. ὡς τάςδε.

366. Quod Erfurdtius ex mea quadam coniectura posuit, μήτι pro μηδέ, videtur postea retractasse, qui haec adscripserit: „Aeschyl. Agam. 888. μηδὲ θαυμάσῃς τόδε. S. Th. 1042. μηδέ τῳ δόξῃ πάλιν. Lucian. quomodo conscr. hist. p. 8. Rudolph.“ C. 4. Sed ista exempla omnia aliena sunt, ut quae copulam admittant, quia aliud adiungitur; quod hic secus est, ubi confirmantur tantum praecedentia. Sic non posuit μηδὲ Aeschylus in his Sept. ad Th. 1043. τούτου δὲ σάρκας οὐδὲ κοιλογάστορες λύκοι σπάσονται· μὴ δοκησάτω τινί. Recte tamen hic Sophocles μηδέ:

οὐδ' ὥςτε δούλην· μηδὲ προςδόκα τόδε·
οὐδ' εἰκὸς, εἴπερ ἐντεθέρμανται πόθῳ.
ἔδοξεν οὖν μοι πρὸς σὲ δηλῶσαι τὸ πᾶν,
δέσποιν', ὃ τοῦδε τυγχάνω μαθὼν πάρα.
καὶ ταῦτα πολλοὶ πρὸς μέσῃ Τραχινίων
ἀγορᾷ συνεξήκουον ὡςαύτως ἐμοί,
ὥςτ' ἐξελέγχειν· εἰ δὲ μὴ λέγω φίλα,
οὐχ ἥδομαι, τὸ δ' ὀρθὸν ἐξείρηχ' ὅμως.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

οἴ μοι τάλαινα, ποῦ ποτ' εἰμὶ πράγματος;
τίν' εἰςδέδεγμαι πημονὴν ὑπόστεγον,
λαθραῖον; ὢ δύστηνος, ἆρ' ἀνώνυμος

---

ne exspectare quidem hoc debes. Hoc enim dicit: non illam temere neque ut captivam huc mittit: quin etiam si id facere eum putares, fallerere, siquidem non est verisimile, in eo, qui amore incensus est. Vide ad v. 126. *Τόδε* cum cod. Flor. Ald. et vett. libris dedi. Brunckius cum Triclinianis *τάδε*.

370. *Πρὸς μέσῃ ἀγορᾷ*, i. e *ἐν μέσῃ ἀγορᾷ*, ut v. 423. Sic v. 524 *τηλαυγεῖ παρ' ὄχθῳ*. Liv. 41. 9. praetor — qui esset apud forum, pro, in foro. Conf. Ruhnk. ad Ter. Andr. I. 5, 19. ERFURDTII adnot. MS.

371. Brunckius *ξυνεξήκουον*. Et sic cod. Flor. sed supra scripto σ. Caeteri per σ.

372. Non accurate interpretantur verba *ὥςτ' ἐξελέγχειν*, quae si de Deianira intelligenda essent, *ἐστι* vel *πάρα* addendum fuisset. Referuntur ad Trachinios: multi haec audivere, qui eum arguant.

375. *Πημονὴν λαθραῖον* memorat Eustathius p. 793, 3. (708, 10.)

376. Wakefieldius *ὢ δύστηνος* ad praecedentia

πέφυκεν, ὥςπερ οὐπάγων διώμνυτο;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἦ κάρτα λαμπρὰ καὶ κατ' ὄμμα καὶ φύσιν,

---

trahebat, cui recte respondet Erfurdtius, maiore cum vi iungi sequentibus. Et ita libri. Addere poterat, magis commodum incipiendae orationi hunc versus locum esse, quam illum, in quo est ἆρα. Possunt autem verba ista ita tantum iungi sequentibus, si recte intelligitur interrogatio Deianirae, cuius sensum quidam interpretes non perspexerunt. Non enim nomen puellae cognoscere vult Deianira: quid enim nomen adiicere potuisset ad ea, quae iam audiverat? sed indignatur, quod Lichas, quae illa esset, nescire se simulaverit. Itaque hoc dicere putanda est: me miseram, ignotane ergo erat, ut iste deierabat?

378. Cod. Flor. cum Ald. et quae hanc sequuntur, hunc versum nuncio tribuunt; Brunckii codd. B. T. Iunt. sec. et quae Triclinii recensionem habent, Deianirae. Eadem scholiastarum dissensio. Vnus: ἦ καὶ τὰ λαμπρά. ταῦτα τὸ τοῦ ἀγγέλου πρόςωπόν φησι. τὸ δὲ κατ' ὄμμα καὶ φύσιν, ἀντὶ τοῦ εὐπρεπὴς τὴν ὄψιν καὶ τὸ πᾶν σῶμα. Alius, cui Deianira loqui videbatur: ἦ, ἀντὶ τοῦ ἄρα τῇ θέᾳ καὶ τὸ γένος ἐφάμιλλον. Et glossa cod. T. apud Brunckium: λείπει, δηλοῦσι τὴν ταύτης εὐγένειαν. Valckenarius in exemplo ed. Commel. quod ad me pervenit, adscripsit: „Eustath. Il. κ. p. 707. l. 12. videtur legisse: Τὰ λαμπρὰ καὶ κατ' ὄμμα καὶ κατὰ φύσιν. Recte!" Eustathii haec verba sunt p. 792, 20. ed. Rom. τὸ δὲ κήδεσι καὶ πλείοσι δύναται καὶ ἐκ περισσοῦ ἔχειν τὸν καὶ σύνδεσμον. πολλαχοῦ δὲ καὶ τοῦτο γίνεται, ὡς καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ, τὰ

πατρὸς μὲν οὖσα γένεσιν Εὐρύτου ποτὲ

λαμπρὰ καὶ κατ' ὄμμα καὶ κατὰ φύσιν. ἐκεῖ γὰρ καὶ δίχα τοῦ πρώτου συνδέσμου εὐοδοῦται ὁ λόγος, νοῶν ὅτι τὰ τῇ θέᾳ λαμπρὰ καὶ κατὰ φύσιν λαμπρά εἰσι. Loquitur hic sane ita, ac si non legisset verba ἢ καί, quae sunt in libris omnibus. Sententia vero neque affirmative, neque cum interrogatione prolata, sive Deianirae sive nuncii verba sint, apta est. Canterus coniecit ἦ κάρτα λαμπρά. Heathius ἡ κάρτα. Receperunt hoc Brunckius aliique, versum cum Triclinii recensione Deianirae continuantes. Ac femininum λαμπρὰ agnoscere videtur ille scholiastes, qui εὐπρεπὴς interpretatur. Sed quamvis elegans sit haec coniectura, tamen quum huius ipsius scholiastae, veterrimorumque librorum auctoritas, tum mos tragicorum in composito et aequabili colloquio etiam versus aequaliter distribuendi, maximeque ipsa loci natura nuncio hunc versum tribui postulat. Nam quum, ut ad v. 376. diximus, non interroget Deianira, quid nomen ista puella habeat, sed indignetur Lichae, scire se, quae illa sit, dissimulanti, non potest nuncius, nisi apto aliquo transitu invento, respondere, quod non fuerat interrogatus. Has ob caussas nuncio hunc versum restitui, recepto quidem κάρτα, sed servato ἦ. Ita iam hic Deianirae dicenti, non ergo obscura est, ut ille iurabat, respondet: immo maxime splendens et forma et genere, patre nata Euryto, Iole vocatur. Caeterum etiam Erfurdtius adnotavit: „ἦ κάρτα legendum. Ai. 1359." Sed servabat ille divisionem personarum, quae in Brunckii editione est. Ea vero respuit ἦ κάρτα.

379. Stephanus etiam γένεσις scriptum inveniri ait.

Ἰόλη 'καλεῖτο, τῆς ἐκεῖνος οὐδαμὰ
βλάστας ἐφώνει, δῆθεν οὐδὲν ἱστορῶν.

ΧΟΡΟΣ.

ὄλοιντο μή τι πάντες οἱ κακοὶ, τὰ δὲ
λαθραῖ' ὃς ἀσκεῖ μὴ πρέποντ' αὐτῷ κακά.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

τί χρὴ ποιεῖν, γυναῖκες; ὡς ἐγὼ λόγοις
τοῖς νῦν παροῦσιν ἐκπεπληγμένη κυρῶ.

ΧΟΡΟΣ.

πεύθου μολοῦσα τἀνδρὸς, ὡς τάχ' ἂν σαφῆ
λέξειεν, εἴ νιν πρὸς βίαν κρίνειν θέλοις.

---

380. Vulgo οὐδαμᾶ. Vide ad v. 322.

382. Cod. Harl. cum Ald. et vett. libris μή τι. Tricliniani μήτοι. Male scholia Romana: ὄλοιντο μήτι πάντες. ὄλοιντο μὴ πάντες οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ' οἱ κακοί, καὶ ὅσοι μηχανῶνται λάθρα, καὶ κακούργους λόγους ἑαυτοῖς συντιθέασιν. Schaeferus, qui lineolam abruptae orationis indicem post ὄλοιντο posuit, apte comparavit Philoct. 961. ὄλοιο — μήπω, πρὶν μάθοιμ', εἰ καὶ πάλιν γνώμην μετοίσεις· εἰ δὲ μή, θάνοις κακῶς. Adde Eurip. Med. 82 ὄλοιτο μὲν μή, δεσπότης γάρ ἐστ' ἐμός· ἀτὰρ κακός γ' ὢν εἰς φίλους ἁλίσκεται. Caeterum scholiastes πρέπονθ' αὑτῷ legit, ut Stephanus, Canterus, et qui hunc sequuti, edidere. Veteres libri et Turn. πρέποντ' αυτῷ, quod recte servavit Brunckius.

384. Μὴ πρέποντα non ad κακὰ referendum, sed dictum pro μὴ πρέπον.

385. Iunt. sec. ποεῖν hic et v. 389.

387. Libri omnes εἴ μιν, nisi Iuntina secunda εἶμι. A Brunckio εἴ νιν repositum. Videndum,

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ἀλλ' εἶμι. καὶ γὰρ οὐκ ἄπο γνώμης λέγεις.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἡμεῖς δὲ προςμένωμεν; ἢ τί χρὴ ποιεῖν;

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

μίμν', ὡς ὅδ' ἁνὴρ οὐκ ἐμῶν ὑπ' ἀγγέλων,
ἀλλ' αὐτόκλητος, ἐκ δόμων πορεύεται.

ΛΙΧΑΣ.

τί χρὴ, γύναι, μολόντα μ' Ἡρακλεῖ λέγειν;

---

ne fuerint, qui coli signo post λέξειεν posito, legerent εἰ μή, hoc sensu: i e t q u a e r e e x e o: d i c e t e n i m f o r t a s s e: n i s i v i a d m o t a q u a e s t i o n e m i n s t i t u e r e v o l e s. I. e. fortassis sponte dicet: sin minus, certe coactus.

388. Male a Brunckio et qui eum sequuti sunt, ἀπὸ γνώμης pro veteri scriptura ἄπο γνώμης editum erat.

389. Hic versus in cod. Flor. Ald. et vett. libris Deianirae continuatur, duo sequentes autem tribuuntur choro. A Turnebo inde hi duo Deianirae dati, v. 389. autem choro. Hoc quidem male. Nam chorus manere debebat, etiam non iubente Deianira. Facere autem hac in caussa nihil poterat, ut ineptum sit dicere eum, τί χρὴ ποιεῖν; In solum haec nuncium cadunt, ut manendumne sibi sit, an aliquid se facere oporteat, e. c. testes advocare, interroget. Quare huic hunc versum dedi.

390. Brunckius ὡς ἁνὴρ ὅδ'. Libri, ut solent, ὡς ὅδ' ἀνήρ.

392. Cod. Flor. Ald. edd. vett. μολοῦντα. At futurum est μολοῦμαι. Eo tamen hic non opus.

δίδαξον, ὡς ἕρποντος εἰσορᾷς ἐμοῦ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ὡς ἐκ ταχείας, σὺν χρόνῳ βραδεῖ μολὼν,
ᾄσσεις, πρὶν ἡμᾶς κἀννεώσασθαι λόγους.

Simili errore θανοῦντι in Aeschyli Choeph. 515. Μολόντα Iunt. sec. Turnebus et caeteri.

393. Schaefero placet, εἰσορᾷς, quemadmodum alibi ὁρᾷς, solum per se insertum esse. Seidlerus, ut verba videndi interdum genitivo iungi ostendat, praeter locum Platonis de Rep. p. 558. A. quem Matthiae in gr. Gr. §. 327. affert, adiecit Xenoph. Mem. S. I. 1, 11. οὐδεὶς δὲ πώποτε Σωκράτους οὐδὲν ἀσεβὲς οὐδὲ ἀνόσιον οὔτε πράττοντος εἶδεν, οὔτε λέγοντος ἤκουσεν, et Aristoph. Ran. 815. ἡνίκ' ἂν ὀξύλαλόν περ ἴδῃ θήγοντος ὀδόντα ἀντιτέχνου. Scilicet plena oratio foret, ut ego quidem talia explicanda puto, ὡς, ἕρποντος ἐμοῦ, εἰσορᾷς τοῦτο, ἕρποντά με. Tetigit nuper Matthiae ad Eurip. Orest. 383.

394. Aliquot codd. cum Iunt. secunda et Cantero ταχείας praebuerant. Caeteri libri τραχείας.

395. Libri καὶ νεώσασθαι, insolenti usu huius verbi. Eustathius p. 811, 20. (733, 19.) vocabulum νειὸν explicans: πρωτότυπον δὲ αὐτῆς, τὸ νεᾶν, οὗ χρῆσις παρ' Ἡσιόδῳ ἐν τῷ, θέρεος δὲ νεωμένη οὐ σ' ἀπατήσει. ἐξ οὗ καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ, ἀνανεώσασθαι λόγους, τὸ ἀνακινῆσαι, εἰπεῖν δὲ κυριώτερον, ἀναπολῆσαι. Hinc a Brunckio ex Canteri coniectura illatum πρὶν ἡμᾶς ἀνανεώσασθαι λόγους. At καὶ nimis hic aptum, quam ut deleri possit. Scripsit Sophocles κἀννεώσασθαι. Eo etiam scholiastae adnotatio ducit, apud quem sic scriptum: καινεώσασθαι. ἀνακενίσασθαι (lege ἀνακαινίσασθαι) καὶ αὖθις ὁμιλῆσαι ἀκριβῶς ἐκ νέου. ἢ οὕτως· πρὶν

ΛΙΧΑΣ.

ἀλλ' εἴ τι χρήζεις ἱστορεῖν, πάρειμ' ἐγώ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ἦ καὶ τὸ πιστὸν τῆς ἀληθείας νέμεις;

ΛΙΧΑΣ.

ἴστω μέγας Ζεύς, ὧν γ' ἂν ἐξειδὼς κυρῶ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

τίς ἡ γυνὴ δῆτ' ἐστίν, ἣν ἥκεις ἄγων;

ΛΙΧΑΣ.

Εὐβοιΐς· ὧν δ' ἔβλαστεν, οὐκ ἔχω λέγειν.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

οὗτος, βλέφ' ὧδε. πρὸς τίν' ἐννέπειν δοκεῖς;

ΛΙΧΑΣ.

σὺ δ' εἰς τί δή με τοῦτ' ἐρωτήσας ἔχεις;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

τόλμησον εἰπεῖν, εἰ φρονεῖς, ὅ σ' ἱστορῶ.

ἡμῖν καινοτέρους ἀνακοινώσασθαι λόγους. Multae huiusmodi contractiones apud tragicos inveniuntur. Huic simile est Homeri ἀννεῖται Od. κ. 192.

401. Hinc usque ad v. 431. quae nuncii verba sunt, in libris Deianirae tribuebantur. Errorem animadvertit Th. Tyrwhittus, elegantissimi vir iudicii, cui merito Brunckius aliique obtemperarunt. Hinc v. 402. ἐρωτήσας et v. 411. ποικίλας scriptum, ubi in libris ἐρωτήσασ' et ποικίλασ' erat.

403. Pronunciatione adiuvanda haec verba sunt, ut sensus eorum elucescat. Iubet enim, quasi

ΛΙΧΑΣ.

πρὸς τὴν κρατοῦσαν Δηάνειραν, Οἰνέως
κόρην, δάμαρτά θ' Ἡρακλέους, εἰ μὴ κυρῶ
λεύσσων μάταια, δεσπότιν τε τὴν ἐμήν.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

τοῦτ' αὔτ' ἔχρηζον, τοῦτό σου μαθεῖν. λέγεις
δέσποιναν εἶναι τήνδε σήν;

ΛΙΧΑΣ.

δίκαια γάρ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

τί δῆτα; ποίαν ἀξιοῖς δοῦναι δίκην,
ἢν εὑρεθῇς ἐς τήνδε μὴ δίκαιος ὤν;

ΛΙΧΑΣ.

πῶς μὴ δίκαιος; τί ποτε ποικίλας ἔχεις;

---

non ausuro respondere Licha. Hoc enim vult: non audebis respondere, quod te interrogavi, si integra mente uteris. Ὅ σ' ἱστορῶ recte Harl. Ald. aliique veteres libri. Tricliniani ἅ σ' ἱστορῶ.

405. Cod. Flor. δάμαρθ' Ἡρακλέους: quod ego si plures libri haberent, non dubitarem recipere. De mensura huius nominis dixit Porsonus ad Med. 675. Neque est, quod versus in tres aequales dipodias divisus quemquam conturbet. Vetant enim interpunctiones dipodias in recitando servare.

408. Seidlero delendum videbatur signum interrogandi. Sensus eodem redit, sed interrogatio non modo melius convenire videtur homini indignabundo, sed omnino etiam usitata est in ta-

ΑΓΓΕΛΟΣ.

οὐδέν. σὺ μέντοι κάρτα τοῦτο δρῶν κυρεῖς.

ΛΙΧΑΣ.

ἄπειμι. μῶρος δ' ἦν πάλαι κλύων σέθεν.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

οὔ· πρίν γ' ἂν εἴπῃς ἱστορούμενος βραχύ.

ΛΙΧΑΣ.

λέγ', εἴ τι χρῄζεις. καὶ γὰρ οὐ σιγηλὸς εἶ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

τὴν αἰχμάλωτον, ἣν ἔπεμψας ἐς δόμους,
κάτοισθα δήπου;

ΛΙΧΑΣ.

φημί· πρὸς τί δ' ἱστορεῖς;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

οὔκουν σὺ ταύτην, ἣν ὑπ' ἀγνοίας ὁρᾷς,

---

li genere orationis. Eurip. Orest. 1183. Ἑλένης κάτοισθα θυγατέρ'; εἰδότ' ἠρόμην.

418. Libri omnes, ἣν ὑπ' ἀγνοίας ὁρᾷς. Scholiastes: οὐ σὺ, φησὶ, ταύτην, ἣν προσποιῇ ἀγνοεῖν, ἔλεγες εἶναι Ἰόλην. Reiskius ἣν ὑπ' ἀγνοίᾳ στέγεις coniecit. Erfurdtius pro ὁρᾷς scripsit περᾷς. Non ausim quidquam mutare. Sensus videtur esse: quam cum ignoratione, i. e. ut ignotam vides. Consulto videtur ὁρᾷς potius quam βλέπεις, aut προσβλέπεις dixisse, ut significaret, quam ante oculos habes ita, ut ignotam. Neque enim aut nunc praesens est Iole, aut, quum esset praesens, intuitum eam esse Licham significare vult.

Ἰόλην ἔφασκες Εὐρύτου σπορὰν ἄγειν;

ΛΙΧΑΣ.

ποίοις ἐν ἀνθρώποισι; τίς πόθεν μολὼν
σοὶ μαρτυρήσει ταῦτ᾽ ἐμοῦ κλύειν παρών;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

πολλοῖσιν ἀστῶν. ἐν μέσῃ Τραχινίων
ἀγορᾷ πολύς σου ταῦτά γ᾽ εἰσήκουσ᾽ ὄχλος.

ΛΙΧΑΣ.

ναί.
κλύειν γ᾽ ἔφασκον. ταὐτὸ δ᾽ οὐχὶ γίγνεται,
δόκησιν εἰπεῖν, κἀξακριβῶσαι λόγον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ποίαν δόκησιν; οὐκ, ἐπώμοτος λέγων,
δάμαρτ᾽ ἔφασκες Ἡρακλεῖ ταύτην ἄγειν;

ΛΙΧΑΣ.

ἐγὼ δάμαρτα; πρὸς θεῶν, φράσον, φίλη
δέσποινα, τόνδε, τίς ποτ᾽ ἐστὶν ὁ ξένος.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὅς σου παρὼν ἤκουσεν, ὡς ταύτης πόθῳ

---

420. Edd. vett. et Brunck. male τίς ποθεν. Iam Canterus τίς πόθεν scripserat.

421. Bothius pro παρὼν scripsit πάρα, ut elegantius, sed, ne id fieri posset, dedit ταῦτά μου κλύειν πάρα.

422. Hic quoque Bothius, quum post ἀστῶν distingueretur, interpunctionem eam post ἀγορᾷ posuit, aptissimae amplificationi frigidam tautologiam substituens.

430. Cod. Harl. omittit τόνδε. Id si in pluri-

πόλις δαμείη πᾶσα, κοὐχ ἡ Λυδία
πέρσειεν αὐτήν, ἀλλ' ὁ τῆσδ' ἔρως φανείς.

ΛΙΧΑΣ.

ἄνθρωπος, ὦ δέσποιν', ἀποστήτω. τὸ γὰρ
νοσοῦντι ληρεῖν, ἀνδρὸς οὐχὶ σώφρονος.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

μή, πρός σε τοῦ κατ' ἄκρον Οἰταῖον νάπος
Διὸς καταστράπτοντος, ἐκκλέψῃς λόγον.
οὐ γὰρ γυναικὶ τοὺς λόγους ἐρεῖς κακῇ,
οὐδ' ἥτις οὐ κάτοιδε τἀνθρώπων, ὅτι
χαίρειν πέφυκεν οὐχὶ τοῖς αὐτοῖς ἀεί.
Ἔρωτι μὲν γοῦν ὅστις ἀντανίσταται
πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ.
οὗτος γὰρ ἄρχει καὶ θεῶν ὅπως θέλει,

---

bus libris omissum esset, videri possent fuisse, qui legerent *τίς ποθ' οὗτός ἐστιν ὁ ξένος*.

434. Turn. et quae hunc sequuntur edd. *ἐπιστήτω*, quod aperte posuit quispiam prava deceptus personae notatione, de qua v. ad v. 401.

436. Brunckius revocavit *μὴ πρός σὲ* ex codd. B. T. et ed. Turn. Caeteri codd. et edd. ante Brunckianam *μὴ πρὸς σύ*. Corrigendus vero etiam accentus erat.

441. Citat hunc et duos sequentes versus Stobaeus Serm. LXIII. p. 388. Grot. 245. Ad illa, *ἔρωτι ἀντανίσταται πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας*, respicit Plutarchus in Solone cap. 1. et *περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως* p. 541. B. ut iam Canterus Nov. lectt. IV. 7. observavit. Sophoclis libri veteres et Turn. *ἔρωτι μὲν νῦν*. Steph. Cant. et quae hunc sequuntur edd. ac Brunckius *μέν νυν*. Non aptum facit nexum *νῦν* vel *νυν*. Quare rece-

κἀμοῦ γε· πῶς δ' οὐ χἀτέρας, οἵας γ' ἐμοῦ;
ὥστ' εἴ τι τῷ 'μῷ τ' ἀνδρὶ τῇδε τῇ νόσῳ
ληφθέντι μεμπτός εἰμι, κάρτα μαίνομαι,

---

pi quod apud Stobaeum est γοῦν. Pro eo γὰρ habet P. Faber in Agonistico I. c. 12. ubi ex Stobaeo hos versus affert.

444 Falleretur, qui γὲ in κἀμοῦ γε putaret etiam significare posse, auctore Porsono in praef. ad Hec. p. 37. qui eo loco, ut aliquo modo vim particulae istius declararet, illa voce usus videtur: quamquam vereor ut ille omnino, quid καί γε significaret, satis perspectum habuerit: unde κἆτά γ' in Phoen. 428. edidit, ubi id nullo pacto stare potest, sed unice verum est κᾆτα δ'. Hoc dicit Deianira: amor solus et diis imperat, et mihi adeo. Particula ista non sic posita est, ut ad praecedentia referatur: ineptum enim, difficilius vinci amore hanc mulierem, quam deos: sed posita est propter sequentia. Hoc enim vult, amorem et diis imperare, et, ne dicat alias, sibi adeo ipsi, ut non sit mirum, aliam sui similem feminam ei succumbere.

445. Cod. Flor. cum edd. ante Brunck. ὡς εἴτι, nisi quod ed. Turn. per errorem ὡς ἔτι. Brunckius ὥστ' εἴτι ex codd. B. T. recte. Deinde τῷ 'μῷ τἀνδρὶ omnes, nec de vitio monuit Porsonus ad Hec. 1125. ubi vocabulum μεμπτὸς attingens hunc versum affert. Schaeferus coniecit τῷ 'μῷ γ' ἀνδρί. Lenius Seidlerus τῷ 'μῷ τ' ἀνδρί, ut huic τε respondeat ἤ. v. Matthiae Gr. gr. §. 607. Cohaerent haec ita: amor vincit etiam deos, et adeo me ipsam: quidni etiam aliam mei similem? ut insana sim, si et meo viro propter hunc animi morbum succenseam, aut huic mulieri, quae caussa exstitit rei quae non turpis, nec mihi aliquod malum est.

ἢ τῇδε τῇ γυναικί, τῇ μεταιτίᾳ
τοῦ μηδὲν αἰσχροῦ, μηδ' ἐμοὶ κακοῦ τινός.
οὐκ ἔστι ταῦτ'. ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ κείνου μαθὼν
ψεύδῃ, μάθησιν οὐ καλὴν ἐκμανθάνεις·
εἰ δ' αὐτὸς αὑτὸν ὧδε παιδεύεις, ὅταν

---

447. In margine ed. Turn. notatur alia lectio τῇ μήτ' αἰτίῳ. Mira est de h. l. disputatio H. Stephani in adnot. ad Soph. p. 60 seq. qui τοῦ in τὸ mutari malebat, ut constructio esset, τῇ μηδαμῶς μεταιτίᾳ ἐμοὶ αἰσχροῦ τινός, μηδὲ κακοῦ. Putat enim, quod Iole commiserit, eiusmodi esse dici, ut Deianirae nullum dedecus aut malum afferre possit. At nemo non videt, quam haec contorta oratio foret. Hoc dicit Deianira, nihil esse quod Iolae succenseat, quae occasionem dederit rei nec turpis, nec talis, ut ea sibi aliquod malum sit.

451. P. Elmsleius ad Heracl. 144. αὐτὸς αὑτὸν scribendum putat, ubique αὑτὸν a prima et secunda persona, ut ad Oed. R. 138. ait, removendum censens: sed ad Bacchas v. 722. pluralem tamen excipit, non memor, ut videtur, Aeschyli Agam. 1306. 1552. Choeph. 109. 1014. Suppl. 813. Aut longius iusto, aut non quo debebat usque progressus est. Nam si de prima et secunda persona αὐτὸς αὑτὸν dici volumus, cur non etiam de tertia? Quod si etiam talia, quale illud in Choephoris νῦν αὑτὸν αἰνῶ, quod est ἐμαυτόν, removebimus, etiam tertiae personae concedendum est αἰνεῖ αὑτόν, se laudat. Sed haec quum dico, nolo videri defendere αὑτῶν in Aristoph. Lysistratam 486. ab Reisigio in Coniect. lib. I. p. 206. introductum, aut quod Matthiae gr. Gr. §. 489. II. ex Aeschylo affert, θρῆνον ἐμὸν τὸν αὑτῆς. Nam etsi ἐμαυτὸν constanter Attici pro ἐμὲ cum verbo eiusdem personae coniungunt,

θέλῃς γενέσθαι χρηστός, ὀφθήσει κακός.

---

v. c. Aeschylus Prom. 437. Sophocles Oed. R. 1080. Eurip. Hippol. 978. tamen id non posuerunt pro *αὐτόν*, nec dixerunt *ἐμὸν τὸ ἐμαυτοῦ*. Elmsleii decretum mihi videtur omni analogiae repugnare. Rectius, nisi fallor, contendat quis, *αὐτοῦ* initio poetarum, et in his tragicorum licentia de prima secundaque persona dictum esse: inde paullatim in communem usum venisse, ac primo in plurali, ne opus esset *ἡμῶν αὐτῶν*, *ὑμῶν αὐτῶν* dicere: ut apud Aristophanem Eq. 506. Lys. 1070. quae sola fortasse apud hunc exstant exempla huius personarum commutationis. Sic etiam Philemon fr. inc. 11. Inde magis frequentari coepit, etiam in prosa oratione, ut fere exquisita paullatim vulgaria fieri solent. Novissime de isto usu dixit Hamakerus Lectt. Philostr. I. p. 79. seq. Vt ad Sophoclem redeam, sensum huius loci ita explicat scholiastes: *εἰ δὲ σὺ σαυτὸν εἰς τοῦτο ψευδολογίας ἄγεις, ἴσθι ὅτι κἂν θελήσῃς ποτὲ εἰπεῖν ἀληθές, οὐ δυνήσῃ ὑπὸ τῆς συνηθείας νικώμενος. ἢ κἂν θέλῃς ἀληθεῦσαι, οὐ πιστευθήσῃ.* Posteriorem interpretationem Brunckius aliique probarunt. Vtraque ab hoc loco aliena, et ne verbis quidem apta, siquidem *καί*, quod scholiastes intulit, non est a poeta additum. Hoc ille dicit: si temet ipse ad mentiendum instituis, malus reperiere, ubi volueris bonus esse: i. e. quum benevolo animo, ne cui dolorem crees, falsa dixeris, eo ipso non eris benevolus, et facies potius, ut ille doleat. Explicat id Deianira v. 457. seq. Sed hic quidem ita loquitur, ut de quovis honesto mendacio dicat, non de eo, quod nunc dixit Lichas, quia non certo scit, qua mente is falsa dixerit. Quod si certo sciret, propterea il-

ἀλλ' εἰπὲ πᾶν τἀληθές· ὡς ἐλευθέρῳ,
ψευδεῖ καλεῖσθαι, κὴρ πρόσεστιν οὐ καλή,
ὅπως δὲ λήσεις, οὐδὲ τοῦτο γίγνεται.
πολλοὶ γάρ, οἷς εἴρηκας, οἳ φράσουσ' ἐμοί.
κεἰ μὲν δέδοικας, οὐ καλῶς ταρβεῖς, ἐπεὶ
τὸ μὴ πυθέσθαι, τοῦτό μ' ἀλγύνειεν ἄν·
τὸ δ' εἰδέναι, τί δεινόν; οὐχὶ χἀτέρας
πλείστας ἀνὴρ εἷς Ἡρακλῆς ἔγημε δή;
κοὔπω τις αὐτῶν ἔκ γ' ἐμοῦ λόγον κακὸν
ἠνέγκατ', οὐδ' ὄνειδος· ἥδε τ', οὐδ' ἂν εἰ
κάρτ' ἐντακείη τῷ φιλεῖν, ἐπεὶ σφ' ἐγὼ

---

lum mentitum esse, ne doleret ipsa, dixisset, ἐν ᾧ θέλεις χρηστὸς γενέσθαι.

462. Leve est, sed tamen operae pretium, de quo pauc s lectorem moneamus. Triplex est huius loci interpunctio: ἥδέ τ' οὐδ' ἂν, εἰ in ed. Turnebi; ἥδε τ', οὐ δ' ἂν εἰ in Aldina aliisque; ἥδε τ' οὐδ' ἂν εἰ omni interpunctione sublata, ut in Iuntinis et Schaeferiana. Hic enim Aldinae interpunctionem reprehendit, quod dirimat quae arcte iungenda sint. Turnebi interpunctio constructioni consentanea est, sed repugnat usui Graecorum; Aldina vero quam maxime Graeca est. Necessario enim eo in loco paullum consistere debet vox, praesertim quum verbum, οὐκ ἂν ἐνέγκαιτο ὄνειδος, omissum sit. Caeterum hic locus addi potest iis, quos adversus P. Elmsleium in censura Medeae ad v. 4. in Diar., class. P. XXXVIII. attuli. Nam si vera esset Elmsleii sententia, hic ἥδε δ' edi debuisset.

463. Scholiastes ἐντακείη de Hercule intelligit. Ego quidem malim de Iole accipi. Putat enim Deianira etiam ipsam teneri amore Herculis, ut v. 444. significavit. Est autem ἐντακῆναί τινι

ᾤκτειρα δὴ μάλιστα προσβλέψασ᾽, ὅτι
τὸ κάλλος αὐτῆς τὸν βίον διώλεσεν,
καὶ γῆν πατρῴαν οὐχ ἑκοῦσα δύσμορος
ἔπερσε κἀδούλωσεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν
ῥείτω κατ᾽ οὖρον· σοὶ δ᾽ ἐγὼ φράζω κακὸν
πρὸς ἄλλον εἶναι, πρὸς δ᾽ ἔμ᾽ ἀψευδεῖν ἀεί.

ΧΟΡΟΣ.

πείθου λεγούσῃ χρηστά, κοὐ μέμψει χρόνῳ
γυναικὶ τῇδε, κἀπ᾽ ἐμοῦ κτήσει χάριν.

ΛΙΧΑΣ.

ἀλλ᾽, ὦ φίλη δέσποιν᾽, ἐπεί σε μανθάνω
θνητὴν φρονοῦσαν θνητὰ κοὐκ ἀγνώμονα,
πᾶν σοι φράσω τἀληθές, οὐδὲ κρύψομαι.
ἔστιν γὰρ οὕτως, ὥσπερ οὗτος ἐννέπει.
ταύτης ὁ δεινὸς ἵμερός ποθ᾽ Ἡρακλῆ
διῆλθε, καὶ τῆσδ᾽ οὕνεχ᾽ ἡ πολύφθορος
καθῃρέθη πατρῷος Οἰχαλία δορί.

---

colliquefactum inhaerere alicui. In Electra v. 1311. μῖσός τε γὰρ παλαιὸν ἐντέτηκέ μοι. Apte Wakefieldius θρήνοισιν ἐντακεῖσα ex Lycophrone v. 498. attulit.

465. Vt par est in fine versus, cod. Flor. Ald. Iuntinae διώλεσεν. A Turnebo illatum διώλεσε.

474. Pro θνητὰ cod. Paris. ὀρθά. Ortum hoc ex interpretatione verbi οὐκ ἀγνώμονα. Sensus est enim: quoniam te ut hominem humana atque indulgentiae plena sentire video. Ἀγνώμων est non habens respectum: unde stolidum, ferum, durum, ingratum ita vocant: v. Sturzii Lexicon Xenoph. Germanice interdum potest dici rücksichtslos, unerkenntlich.

καὶ ταῦτα, δεῖ γὰρ καὶ τὸ πρὸς κείνου λέγειν,
οὔτ' εἶπε κρύπτειν, οὔτ' ἀπηρνήθη ποτέ.
ἀλλ' αὐτὸς, ὦ δέσποινα, δειμαίνων τὸ σὸν
μὴ στέρνον ἀλγύνοιμι τοῖςδε τοῖς λόγοις,
ἥμαρτον, εἴ τι τήνδ' ἁμαρτίαν νέμεις.
ἐπεί γε μὲν δὴ πάντ' ἐπίστασαι λόγον,
κείνου τε καὶ σὴν ἐξ ἴσου κοινὴν χάριν
καὶ στέργε τὴν γυναῖκα, καὶ βούλου λόγους,
οὓς εἶπας ἐς τήνδ', ἐμπέδως εἰρηκέναι.
ὡς τἄλλ' ἐκεῖνος πάντ' ἀριστεύων χεροῖν,
τοῦ τῆςδ' ἔρωτος εἰς ἅπανθ' ἥσσων ἔφυ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ἀλλ' ὧδε καὶ φρονοῦμεν, ὥςτε ταῦτα δρᾶν,
κοὔ τοι νόσον γ' ἐπακτὸν ἐξαρούμεθα,
θεοῖσι δυςμαχοῦντες. ἀλλ' εἴσω στέγης
χωρῶμεν, ὡς λόγων τ' ἐπιστολὰς φέρῃς,
ἅ τ' ἀντὶ δώρων δῶρα χρὴ προςαρμόσαι,
καὶ ταῦτ' ἄγῃς. κενὸν γὰρ οὐ δίκαιά σε

---

491. Vulgo ἐξαιρούμεθα. Quod Musgravius coniecit, ἐξαρούμεθα, praebet cod. Paris. Nec profecto aliud erat ἐξαιρούμεθα, si vera est Porsoni observatio ad Med. 848. Rectius tamen sentire puto Elmsleium ad Heracl. 323. Ἐπακτὸν scholiastes recte interpretatur αὐθαίρετον. Nam sensus est: nec profecto augebo morbum ultro, diis impie reluctans: sive magis proprie, (nam ἐπακτὸν effectum notat) nec profecto morbum augebo, ut adeo ultro contractum habeam.

492. Brunckius ἔσω. Vide ad v. 201.

495. Ald. et Iunt. pr. κεινόν. Sed κενὸν iam Iunt. secunda cum Turn. aliisque.

χωρεῖν, προσελθόνθ' ὧδε σὺν πολλῷ στόλῳ.

ΧΟΡΟΣ.

Μέγα τι σθένος ἁ Κύπρις ἐκφέρεται νίκας ἀεί. στρ.
καὶ τὰ μὲν θεῶν
παρέβαν, καὶ ὅπως Κρονίδαν ἀπάτασεν,
οὐ λέγω,
οὐδὲ τὸν ἔννυχον Ἅιδαν,
ἢ Ποσειδάωνα τινάκτορα γαίας·

---

497. Plutarchus in Amatorio p. 759. E. *μὲν* pro *τὶ* posuit, ut suae haec orationi aptaret. *Καίτοι*, inquit, *μέγα μὲν σθένος ἁ Κύπρις ἐκφέρεται νίκας, ὥς φησι καὶ Σοφοκλῆς· μεγάλη δὲ τοῦ Ἄρεος ἰσχύς*. Eustathius p. 806, 58. (727, 12.) *μέγα τι σθένος ἐκφέρεται νίκας* affert, ut pro *ἐκφέρει* dictum. Respicit fortasse etiam p. 1478, 8. (Od. 142, 14.) ubi scribit: *σημαίνει δέ ποτε καὶ αὔξησίν τινα· οὕτω γὰρ τὸ μικρὸν μέγα τι ἐκφέρειν ἔστιν ὅτε*. Non dubito probandam esse Eustathii interpretationem, cuius valde simplex ratio sit: m a g n a m i n v i n c e n d o v i m s u a m p r o d i t V e n u s: sed non est tamen praetereundum, etiam passive accipi posse *ἐκφέρεται*, ita ut pro simplici *μέγα* positum sit *μέγα τι σθένος νίκας*: m a g n a v i v i c t o r i a e r u i t V e n u s. Passive Euripides Alcest. 604. *τὸ γὰρ εὐγενὲς ἐκφέρεται πρὸς αἰδῶ*. Caeterum scholiastes etiam *μέγα τι σθένουσα Κύπρις* legi ait.

499. Male Brunckius *χὤπως* pro librorum scriptura *καὶ ὅπως*. Aoristum *παρέβαν* attigit Abreschius in Misc. Obss. novis T. III. p. 3. more suo omnia permiscens. Significat i n d i c t a e s s e v o l o.

501. Revocavi *ἢ* quod codd. Par. Flor. cum caeteris omnibus habent. Brunckius *οὐ* posuit, quod servavit Erfurdtius.

ἀλλ' ἐπὶ τάνδ' ἄρ' ἄκοιτιν

---

502. Libri, ἀλλ' ἐπὶ τάνδ' ἄρ' ἄκοιτιν ἀμφίγυοι κατέβαν πρὸ γάμων τινές. πάμπληκτα παγκόνιτά τ' ἐξῆλθον ἄεθλ' ἀγώνων. Nisi quod Ald. et Iunt. prima cum codd. Harl. et Flor. τήνδ' ἄρ' habent, secunda autem Iuntina, quae τάν δ' habet, ἄρ' omittit. Alii coli signum post τινὲς posuerunt. Scholiastes: ἀλλ' ἐπὶ τάνδ' ἄρ' ἄκοιτιν. τὴν Δηϊάνειραν. ὁ δὲ νοῦς οὗτος· τὰ μὲν εἰς θεοὺς γεγονότα παρίημι· ἐκεῖνα δὲ λέγω, τίνες ἠγωνίσαντο περὶ τῶν γάμων Δηϊανείρας καὶ κατέβησαν εἰς τὸν ἀγῶνα. Apparet, legisse eum τίνες, licet apud ipsum quoque male scriptum exstet τινὲς. Satis negligenter haec tractarunt critici, quum apertum hic vitium non animadvertentes, antistrophica potius tentanda censuerunt. Vt omissum sit λέγω, quemadmodum scholiastae placet, quid sibi vult ἄρα in tali oratione? quid porro duo verba παρέβαν et ἐξῆλθον nulla copula iuncta? Prorsus enim erraret, qui crederet particula τέ, quo ea loco collocata est, verba ista potuisse copulari, ac non debere eam necessario haec coniungere, πάμπληκτα et παγκόνιτα. Praeterea deesse aliquid, antistrophici versus ostendunt. Quae quum ita sint, non modo τίνες scripsi, sed idem vocabulum, mutata interpunctione, etiam ante ἀμφίγυοι collocavi. Quam emendationem, quae revera nihil est nisi iteratio trium litterarum, quod certissima videretur, non dubitavi in textum recipere. Sensus est: sed ad hanc coniugem quinam ancipites descenderunt ante nuptias, quinam plagis ac pulvere plena superarunt certamina? Ἀμφίγυοι dicit ex Homerico ἔγχεσιν ἀμφιγύοισιν, cuius in vocabuli radice quum proprie curvandi notio inesse videatur, ego quidem ἔγχη dici ἀμφίγυα crediderim a media parte cuspidis, quae utrimque

τίνες ἀμφίγυοι κατέβαν πρὸ γάμων, τίνες
πάμπληκτα παγκόνιτά τ' ἐξ-
ῆλθον ἄεθλ' ἀγώνων.
ὁ μὲν ἦν ποταμοῦ σθένος, ὑψίκερω τετραόρου ἀντ.
φάσμα ταύρου,
Ἀχελῷος ἀπ' Οἰνιαδᾶν· ὁ δὲ Βακχείας ἄπο

---

in latitudinem aliquam extenuata, ad modum ensis, ab imo ad summum utrimque nonnihil curvatur, ut in pungendo etiam secet. Id ad pugnantes ipsos translatum non puto simplicius explicari posse, quam ut sit a n c i p i t i b u s a r m i s. Certe nihil sani est in scholiastae hariolationibus: *ἀντίπαλοι, ἢ ἰσχυροί, ἐν τοῖς γυίοις μαχεσάμενοι, χερσὶ καὶ ποσίν. ἢ ἀμφότεροι τεθωρακισμένοι. ἢ ἄμφω παρωξυμμένοι.*

504. Male cod. Par. *παγκόνιστά τ'.*

506. Libri omnes *τετραόρου*, nisi Par. *τετραώρου.* Eustathius p. 573, 27. (455, 43.) affert *τετράορον φάσμα ταύρου.* Sed p. 1313, 6. (1431, 1.) scribit, *ὅθεν καὶ τετραόρου ταύρου φάσμα ἡ τραγῳδία φησί,* et p. 1734, 10. (Od. 503, 47.) *κατὰ τὸν εἰπόντα τραγικὸν, τετραόρου φάσμα ταύρου. Τετράορον* receperunt Brunckius atque Erfurdtius, quos fugerat tertius Eustathii locus: nec diffiteor elegantius esse, non quod duo epitheta tauro non recte addita sint, sed quia sonus suavior est, remoto homoeoptoto. Nolui tamen mutare scripturam, quam et libri omnes, et scholiastes, denique ipse Eustathius tueatur, cuius unum locum, quam duos, menda labefactare credibilius est. De Oeniadis, urbe Acarnaniae ad Acheloum, omnia pervulgata.

508. Libri *Βακχείας ἄπο.* Vtramque vocem male scripsit Brunckius *Βακχίας ἀπὸ.* De metro non erat, quod timeret, quum id non modo ferat

ἦλθε παλίντονα Θήβας,
τόξα καὶ λόγχας ῥόπαλόν τε τινάσσων,
παῖς Διός· οἳ τότ' ἀολλεῖς
ἴσαν ἐς μέσον ἱέμενοι λεχέων· μόνα δ'
εὔλεκτρος ἐν μέσῳ Κύπρις
ῥαβδονόμει ξυνοῦσα.

---

eo loco syllabam longam, sed etiam, quae in strophico versu interpunctio est, consistere aliquantum ac morari vocem postulet. Ἀπὸ autem sine anastrophe, hac positura verborum, plane repugnat legibus linguae.

511. Libri, οἳ τότ' ἀολλεῖς ἴσαν ἐς μέσον ἱέμενοι λεχέων. Cod. Par. ἴσων. Cod. Harl. ἦσαν. Deinde ed. Turn. omittit ἐς, sed adnotat in margine. Brunckius, quem sequitur Erfurdtius, deletis ἐς μέσον, scripsit ᾔισαν. Id videtur etiam Bentleius coniecisse, cuius coniectura typographi culpa deformata est in Diarii class. P. XXVI. Scholiastes: ἀολλεῖς ἴσαν. καταχρηστικῶς εἶπεν ἐπὶ δύο τὸ ἀολλεῖς. Similiter Moschus II. 48. δοιοὶ δ' ἕστασαν ὑψοῦ ἐπ' ὀφρύος αἰγιαλοῖο φῶτες ἀολλήδην. Omnino Sophocles non alios Deianirae procos, quam Acheloum et Herculem memorat. Multos commemorus est Ovidius Metam. IX. 10 — 13.

514. Brunckius contra libros omnes perverso sensu ῥαβδονομεῖ. Recte scholiastes: μόνη δὲ ἡ εὔλεκτρος Κύπρις παροῦσα ἐβράβευε καὶ διέταττε. Quoniam vero nihil adeo absonum est aut invenustum, quod non alicui interpreti in mentem veniat, moneo, ne quis audiendum putet Musgravium, qui, quod dea Paphia non soleat εὔλεκτρος vocari, haec ita interpretatus est: sola autem puella formosa in medio assidens certamini praeerat. Sed haec quidem bene refutavit Groddeckius. Alius, de ipsa haec Venere intelligens, scripsit: „εὔλεκτρος, cum qua cubare

τότ' ἦν χερὸς, ἦν δὲ τόξων πάταγος, ἐπῳδ.
ταυρείων τ' ἀνάμιγδα κεράτων·
ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι

---

est suave, iucundissima, pulcherrima." Immo sensus est: sola fausti tori largitrix dea regebat certamen. Vt in Antig. 796. νύμφη εὔλεκτρος sponsam significat, cuius torus expetendus est, ita quid mirum Venerem ipsam, per quam torus expetitur, εὔλεκτρον dici? Scilicet numen Veneris hic dictum, quum cupiditas amantium intelligatur.

515. Turn. Steph. et quaedam aliae χειρός. Sed veteres libri χερός. Sic etiam Brunckius. Metra huius epodi ad meliores numeros revocavi mutata versuum distinctione. Κεράτων media longa esse, vix erit hodie qui nesciat. Vide Eurip. Bacch. 919.

517. Eurip. Ion. 1146. ἐνῆν δ' ὑφανταὶ γράμμασιν τοιαίδ' ὑφαί. Matthiae in gramm. Gr. si conferas, quae dixit §. 211. extr. et § 302. dubius fuisse videtur, utrum singularis numeri esset ἦν, an forma quaedam numeri pluralis. Est vero singularis, qui hac conditione tantum usurpatur, ut praecedat nomini, quod bene animadvertit Buttmannus in gr. Gr. T. I. p. 552. Senserat hoc, opinor, etiam Valckenarius ad Herodot. V. 12. p. 376, 21. diversa esse monens illa, quae Dorvillius ad Charitonem congessisset: nempe p. 271. (364. ed. Lips.) 478. s. (497) 750 (659) ubi fallitur Dorvillius. Est hoc sane Doriensibus usitatius, nec tantum ad verbum εἶναι, sed ad quaevis alia verba spectat. Estque haec ipsa ratio schematis, quod Pindaricum dicitur. Ex quo intelligitur, apud Pindarum Ol. XI. 4. τέλλεται non esse praecedentibus verbis iungendum. Nimirum in principio orationis recte potest verbum singulari numero poni, multa in unum collecta complectens;

κλίμακες, ἦν δὲ μετώπων ὀλόεντα
πλήγματα, καὶ στόνος ἀμφοῖν.
ἁ δ' εὐῶπις ἁβρὰ
τηλαυγεῖ παρ' ὄχθῳ
ἧστο, τὸν ὃν προςμένουσ' ἀκοίταν.

---

quae deinde explicatius significantur addito nomine etiam plurali; non etiam posito iam nomine plurali aptum est verbum non conveniens huic numero. Sed satis de verbo ἦν. *Κλίμακες* quid sint, scholiastes his verbis declarat: κλίμακες δὲ, αἱ ἐπαναβάσεις, παρὰ τὸ ἄνω τε καὶ κάτω αὐτοὺς (ita scribendum pro αὐτὰς) στρέφεσθαι ἐν τῇ μάχῃ. ἔστι δὲ εἶδος παλαίσματος ἡ κλίμαξ. Hesychius: κλίμακες, πάλης εἶδος. Idem est κλιμακισμός, et verbum κλιμακίζειν, διακλιμακίζειν. Meminit etiam Pollux III. 155. Nemo tamen, quale hoc luctae genus esset, exposuit. Positum erat, nisi fallor, in eo, ut quis averteret adversarium, atque a tergo complexus, quasi per scalam, dorsum eius conscenderet. Apud Ovidium Achelous in descriptione huius ipsius cum Hercule certaminis, Metam. IX. 51. quarto exuit amplexus, adductaque brachia solvit: impulsumque manu (certum mihi vera fateri) protinus avertit, tergoque onerosus inhaesit. Si qua fides, (neque enim ficta mihi gloria voce quaeritur) imposito pressus mihi monte videbar. Alia in hanc rem vide apud P. Fabrum. Agonist. I. cap. 10. et 20. Diversum est ἐκ κλίμακος, de quo Etym. M. p. 322, 31. quod non ad luctam, sed ad pugilatum pertinet.

521. Nimis Dorice Turn. Steph. Cant. ταλαυγεῖ. *Παρ' ὄχθῳ* minus proprie dictum pro ἐπ' ὄχθῳ, ut supra v. 370. πρὸς μέσῃ Τραχινίων ἀγορᾷ.

[ἐγὼ δὲ μάτηρ μὲν οἷα φράζω·

---

523. Libri veteres sine interpunctione, ἐγὼ δὲ μάτηρ μὲν οἷα φράζω τόδ' ἀμφινείκητον etc. Ex ed. Turnebi deinde recepta interpunctio et τὸ δ'. Atque ita legit scholiastes, cuius haec verba sunt: ἐγὼ, φησίν, ἐνδιαθέτως ὡσεὶ μήτηρ λέγω. Qua sententia nihil hic fingi ineptius potest: neque iniuria Bentleius locum ut corruptum notavit. Longe alia interpretatio in alio scholio prostat: ἐγὼ παρεῖσα τὰ πολλά, τὰ τέλη λέγω τῶν πραγμάτων. Quae quum sensum praebeat aptissimum, quasi manu ducere videtur ad huiusmodi scripturam, ἐγὼ δὲ τέρθρα μὲν οἷα φράζω. Nam τέρθρα, quae grammatici τέλη interpretantur, sunt summa, capita rei. Possetque huic coniecturae luculenta confirmatio peti ex Erotiano p. 366. et Galeni Lex. Hippocr. p. 578. si verisimile esset, τέρθρα in μάτηρ corrumpi potuisse. Accedit, quod hoc genus metri quintam syllabam solet longam habere: v. ad Electr. 1086. etsi brevis nec legi numerorum, neque analogiae repugnat. Est tamen, nisi fallor, alia quoque ratio, qua sensus is, quem scholiastes ille indicavit, faciliore mutatione restitui possit: sed eam dubitanter commemoro, quum non habeam exemplum, quo eam plane confirmem. Videndum enim, an forte scripserit poeta, ἐγὼ δ' ὁμαρτῇ μὲν οἷα, φράζω: ego vero coniunctim quidem, qualia illa fuerint, dico. Constructio eadem, ut in Iphig. Taur. 344. τὰ δ' ἐνθάδ' ἡμεῖς οἷα, φροντιούμεθα. Ὁμαρτῇ usurpavit Euripides Hec. 839. Hippol. 1195. Heracl. 139. sed ita, ut etsi coniunctim, maxime in Hecuba, verti possit, tamen etiam simul, eodem tempore vertere liceat, quae usitata significatio est, quamquam propria videtur coniunctim esse. Caeterum alia duo in hoc loco memoratu digna sunt, unum, quod

τὸ δ' ἀμφινείκητον ὄμμα νύμφας
ἐλεινὸν ἀμμένει·]
κἀπὸ ματρὸς ἄφαρ βέβακεν, ὥστε
πόρτις ἐρήμα.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ἦμος, φίλαι, κατ' οἶκον ὁ ξένος θροεῖ
ταῖς αἰχμαλώτοις παισὶν ὡς ἐπ' ἐξόδῳ,
τῆμος θυραῖος ἦλθον ὡς ὑμᾶς λάθρα,
τὰ μὲν, φράσουσα χερσὶν ἁτεχνησάμην,
τὰ δ', οἷα πάσχω συγκατοικτιουμένη.

---

sententia illa, quam scholiastes in his verbis invenit, non iis, quae de Deianira modo dixit chorus, sed descriptioni pugnae apte adiungitur: in hac enim summatim omnia paucis complexus est; alterum, quod de Deianira eadem res bis narratur, in qua tautologia non immerito haesit Wakefieldius. His argumentis adducor, ut hic quoque duarum editionum scripturam coniunctam esse putem, quarum in altera versum illum, καὶ στόνος ἀμφοῖν, statim exceperit v. 523. et qui sequuntur usque ad finem carminis, omissis mediis; in altera autem defuerint v. 523 — 525. quos propterea uncis inclusi.

524. Scholio praefixum, ἀμφιμάχητον ὄμμα νύμφας. quod explicat interpres, ἀντὶ τοῦ ἡ περιμάχητος νύμφη, περιφραστικῶς.

525. Libri ἐλεεινόν. pro quo ἐλεινὸν restituit Erfurdtius ex observatione Porsoni in praef. ad Hec. p. VII.

526. Turn. Steph. Cant. et quae hanc sequuntur, ὡς, quod servavit Brunckius, ut carmen versibus Glyconeo et Pherecrateo finiretur. Cod. B. ὥσπερ. Membranae Brunckii, codd. Par. Flor. Harl. Ald. et edd. vett. ὥστε.

κόρην γάρ, οἶμαι δ' οὐκ ἔτ', ἀλλ' ἐζευγμένην,
παρεισδέδεγμαι, φόρτον ὥστε ναυτίλος,
λωβητὸν ἐμπόλημα τῆς ἐμῆς φρενός.
καὶ νῦν δύ' οὖσαι μίμνομεν μιᾶς ὑπὸ
χλαίνης ὑπαγκάλισμα. τοιάδ' Ἡρακλῆς,
ὁ πιστὸς ἡμῖν κἀγαθὸς καλούμενος,

---

533. Primus Turnebus interpunxit, κόρην γάρ, οἶμαι δ' οὐκέτ', ἀλλ' ἐζευγμένην, quum in antiquioribus libris deessent interpunctiones in medio versu. Male Wakefieldius, κόρην γὰρ οἶμαί γ'. οὐκέτ', ἀλλ' ἐζευγμένην. Peius etiam Brunckius, κόρην γάρ, οἶμαι δ', οὐκέτ', ἀλλ' ἐζευγμένην, quod recepto Wakefieldii γ' admisit Erfurdtius. Non dolet Deianira, quod virgo esse desierit Iole, sed quod eam receperit. Virginem, inquit, recepi, (non autem esse virginem, sed nuptam puto) ut nauta onus, opprobriosum fructum bonae mentis meae.

534. Post ναυτίλος primus Stephanus interpunxit. Ante eum post λωβητὸν interpungebatur, quod postea etiam Wakefieldio placuit. Male. Duo enim sunt, quae dicit Deianira, primum, ferendum sibi onus esse, ut navi, quod semel ei impositum sit; alterum, esse hoc onus bonae mentis malum fructum. Φρένα enim intelligit, quod non defuerit officio suo erga Herculem.

536. De formula μιᾶς ὑπὸ χλαίνης videndus Berglerus ad Alciphr. I. 38. et Misc. Obss. vol. V. p. 59. Recte Brunckius ὑπὸ et v. 554. παρὰ scripsit. Vulgo ὕπο et πάρα. Nulla in his locis, si recte recitantur, post praepositionem pausa fit.

538. Triclinii recensio τελούμενος. In altera scriptura, quam Brunckius revocavit, consentit cum vett. libris etiam Harl.

οἰκούρι' ἀντέπεμψε τοῦ μακροῦ χρόνου.
ἐγὼ δὲ θυμοῦσθαι μὲν οὐκ ἐπίσταμαι
νοσοῦντι κείνῳ πολλὰ τῇδε τῇ νόσῳ·
τὸ δ' αὖ ξυνοικεῖν τῇδ' ὁμοῦ, τίς ἂν γυνὴ
δύναιτο, κοινωνοῦσα τῶν αὐτῶν γάμων;
ὁρῶ γὰρ ἥβην, τὴν μὲν, ἕρπουσαν πρόσω,
τὴν δὲ, φθίνουσαν· ὧν ἀφαρπάζειν φιλεῖ
ὀφθαλμὸς ἄνθος, τῶν δ' ὑπεκτρέπει πόδα.
ταῦτ' οὖν φοβοῦμαι, μὴ πόσις μὲν Ἡρακλῆς
ἐμὸς καλεῖται, τῆς νεωτέρας δ' ἀνήρ.

---

539. Eustathius p. 602, 39. (458, 48.) de vocabulo *οἰκουρία*: *ἧς παρώνυμον τὰ οἰκούρια παρὰ Σοφοκλεῖ, ἅπερ εἰσὶν ὑπὲρ οἰκουρίας μισθοί.*

541. Hoc dicit, non posse se succensere Herculi, quem saepe amori succumbere sciat.

546. Ald. *τῶνδ'*. Iuntinae, Turn. Cant. et pleraeque aliae *τῶν δ'*. Steph. et paucae aliae *δ'* omittunt. Cod. Harl. *τόν δ' ὑπεκτρέχειν*. Edd. *ὑπεκτρέπειν*, praeter Iuntinam secundam et scholiastam, ex quibus exquisitiorem scripturam *ὑπεκτρέπει* merito recepit Erfurdtius. Loquitur negligentius. Nam quum *ὧν* dixisset, quasi utrumque, et florescentem aetatem et ultra florem progressam comprehendens, ut pergere debuerit *τῶν μὲν — τῶν δέ*, statim illud *ὧν* ad primum tantum refert.

547. Male Eldikius in Specim. Suspic. p. 5. *ἂν ᾖ* pro *ἀνήρ*. *Πόσις* coniux est connubio iunctus, *ἀνὴρ* is, quo uxor fruitur. Tuetur librorum scripturam Eustathius p. 420, 34. 1374, 43. 1384, 58. (319, 16. 1516, 50. Od. 11, 32.)

548. Iunt. secunda *καλεῖται*, pro vulgato *καλῆται*, recte. Sic in Electra v. 970. *ἐλευθέρα καλεῖ τὸ λοιπόν, καὶ γάμων ἐπαξίων τεύξει.*

ἀλλ' οὐ γάρ, ὥςπερ εἶπον, ὀργαίνειν καλὸν
γυναῖκα νοῦν ἔχουσαν· ᾗ δ' ἔχω, φίλαι,
λυτήριον λύπημα τῇδ', ὑμῖν φράσω.
ἦν μοι παλαιὸν δῶρον ἀρχαίου ποτὲ
θηρός, λέβητι χαλκέῳ κεκρυμμένον,

---

549. Verba *οὐ γὰρ ὀργαίνειν καλὸν* affert Eustathius p. 792, 34. (707, 26.) Notandum vero *ὀργαίνειν* pro passivo dictum, irasci.

551. Libri, *ᾗ δ' ἔχω λυτήριον λύπημα, τῇδ' ὑμῖν φράσω.* Scholiastes: *λυτήριον λύπημα. ἀντὶ τοῦ, τῆς λύπης ἴαμα.* Schaeferus *λυτήριον* hic accusativum regere putat, afferens *εὐμαθὴς* ita constructum v. 611. Vide ad Ai. 1014. Non puto huic figurae hic locum esse, quae ibi tantum admittitur, ubi nomen, quod accusativum regit, adiunctum sibi habet verbum auxiliare eiusve participium, sive illud positum est, sive intelligi debet. Praeterea *τῇδ'* ad *ᾗ* relatum valde inutile est. Itaque distinctionem mutavi, ut *τῇδ'* ad Iolen referatur, quemadmodum v. 542. Quomodo habeam, inquit, liberatricem aegrimoniam huic, dicam vobis. Voce erigendum *τῇδ'*. Hoc enim vult: marito me irasci non est aequum: sed huic mulieri habeo quomodo in meam utilitatem noceam. *Λύπημα*, rara vox, quam Wakefieldius Dionis Cassii auctoritate LV. 17. fin. firmavit, aegrimoniam significat, Germanice kränkung. Atque ut *λυπεῖν* saepe nihil aliud est, quam damno afficere, ita hic Deianira nihil nisi privari illam amore Herculis cupit, minime vero gaudere se illius dolore significat. Aliis verbis eadem dicit v. 581.

552. Wakefieldius *ἀγρίου* coniecit, quod non debuisse ab Erfurdtio recipi, ex eo apparet, quod Schaeferus adnotavit, libenter Graecos *παλαιὸν*

ὁ παῖς ἔτ' οὖσα, τοῦ δασυστέρνου παρὰ
Νέσσου φθίνοντος ἐκ φόνων ἀνειλόμην,
ὃς τὸν βαθύῤῥουν ποταμὸν Εὔηνον βροτοὺς
μισθοῦ 'πόρευε χερσίν, οὔτε πομπίμοις
κώπαις ἐρέσσων, οὔτε λαίφεσιν νεώς.
ὃς κἀμὲ, τὸν πατρῷον ἡνίκα στόλον

---

et ἀρχαῖον coniungere: quem vide ad Plinii Epist. p. 145.

554. Vide ad v. 536.

557. Coronidem augmenti elisi signum Turnebi editio intulit, antea omissam.

559. Codd. Par. B. T. et Iunt. secunda τὸν πατρῷον ἡνίκα στόλον. Ald. et reliquae τῶν πατρῴων ἡνίκα στόλων. Brunckius dedit, τῶν στόλων πατρῴων ἡνίκα, metro et grammatica repugnante. Scholiastes: ἡνίκα στόλον ξὺν Ἡρακλεῖ. στόλον φησὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ δούλων τε καὶ ἀδελφῶν. ἡνίκα οὖν καταλιποῦσα τὸν οἶκον τοῦ πατρός, ἔρημος ἐπηκολούθησα τῷ Ἡρακλεῖ. Porsonus in Morell. Thes. p. 594. ed. Maltb. „sana est lectio codd. τὸν πατρῷον ἡνίκα στόλον, i. e. διὰ sive κατά. Anglice: attended, or conducted, by my father.“ Non video, quomodo haec ellipsis defendi possit. Schaeferus locum sic interpretandum videri ait: quum patris missu Herculem primum uxor sequerer. Recte. In hoc genere appositionis, cuius exempla vide in Matthiae gramm. Gr. §. 432, 4. si plerumque articulus deest, caussa haec est, quod fere aliqua, non, ut hic, certa res indicatur. Non enim aliquam missionem, sed certam, qua sponsa marito missa est, dicit. Accusativi hi ex brevitate quadam dicendi orti, re proprie sic cogitata: quum patris missionem perficerem, et Herculem uxor sequerer. Genitivos qui posuerunt, εὐ-

ξὺν Ἡρακλεῖ τὸ πρῶτον εὖνις ἑσπόμην,
φέρων ἐπ' ὤμοις, ἡνίκ' ἦν μέσῳ πόρῳ,
ψαύει ματαίαις χερσίν· ἐκ δ' ἤϋσ' ἐγώ,
χὠ Ζηνὸς εὐθὺς παῖς ἐπιστρέψας, χεροῖν
ἧκεν κομήτην ἰόν· ἐς δὲ πνεύμονας
στέρνων διερροίζησεν. ἐκθνήσκων δ' ὁ θὴρ
τοσοῦτον εἶπε· παῖ γέροντος Οἰνέως,
τοσόνδ' ὀνήσει τῶν ἐμῶν, ἐὰν πίθῃ,
πορθμῶν, ὁθούνεχ' ὑστάτην ἔπεμψ' ἐγώ.
ἐὰν γὰρ ἀμφίθρεπτον αἷμα τῶν ἐμῶν
σφαγῶν ἐνέγκῃ χερσίν, ᾗ μελαγχόλους

νις orbam interpretati erant, quod vel locus, quo haec vox posita est, falsum esse arguit.

564. Membranae cum Ald. et Iuntinis aliisque *λεύμονας*. Alii codd. in quibus Par. et edd. Triclinianae *πνεύμονας*, quod praeferendum videbatur Brunckio. Recte, quum alterum illud vulgare sit.

565. Scholio praefixum in edd. vett. *διαῤῥοίζησεν*: unde coniicias fuisse qui legerent, *στέρνων διὰ ῥοίζησεν*: quod ferri posset, augmento in narratione omisso. Nam de Elmsleii disputatione ad Bacchas 1132. alio loco dicetur. Vide etiam infra ad v. 900.

567. Par. T. et margo Turn. *πύθῃ*. Glossa in T. *ἀκούσῃς*. Ald. Iuntinae, et quae ex his ductae, *πιθῇ*, praeter ed. Sim. Colinaei Paris. 1528. in qua primum *πίθῃ*, quod a Turnebo receptum. Scholiastes: *ἐὰν πύθῃ. γράφεται, ἐὰν πιθῇ*.

568. Membranae Brunckii, cod. Harl. Ald. Iuntinae omittunt *σ'*, quos malui sequi, quam addere pronomen cum Triclinianis, quod placuit Brunckio.

570. Obscurius loquitur. Hoc vult: si sanguinem sumpseris circa eam partem

ἔβαψεν ἰοὺς θρέμμα Λερναίας ὕδρας,
ἔσται φρενός σοι τοῦτο κηλητήριον
τῆς Ἡρακλείας, ὥςτε μήτιν' εἰςιδὼν
στέρξαι γυναῖκα κεῖνος ἀντὶ σοῦ πλέον.
τοῦτ' ἐννοήσασ', ὦ φίλαι, δόμοις γὰρ ἦν
κείνου θανόντος ἐγκεκλεισμένον καλῶς,
χιτῶνα τόνδ' ἔβαψα, προςβαλοῦσ' ὅσα
ζῶν κεῖνος εἶπε· καὶ πεπείρανται τάδε.

---

vulneris mei concretum, ubi sagittas, quarum una transfixus sum, hydra veneno suo tinxit. Qua parte enim sagitta venenata erat, ea parte etiam vulneris cruor veneno infectus est.

574. Brunckius et Erfurdtius *στέρξει* dederunt ex codd. B. T. In membr. cod. Harl. Ald. Iuntinis, et ed. Turn. est *στέρξαι*. A Stephano soloecum *στέρξῃ* introductum, venit in alias. Qui *στέρξει*, correctionem per se bonam, receperunt, non attenderunt ad *μήτινα*, quod sic *οὔτινα* dici debuerat. Recte se habet *στέρξαι*, constructum ad id, quod cogitatum erat, *κηληθήσεται ὁ Ἡρακλῆς*. Sed quoniam aliis verbis hoc enunciaverat poeta, addendum deinde esse vidit *κεῖνος*.

577. *Προςβαλοῦσα* scholiastes interpretatur, *καὶ ἄλλα τινὰ συμμίξασα*. Recte Schaeferus attendens omnia, quae vivus ille dixit, conferri iubens v. 682. seqq. Br. Afferri potuerat v. 844. Br. ubi ipse scholiastes *προςέβαλεν* interpretatur *συνῆκεν*.

578. Scholiastes: *καὶ πεπείρανται τάδε. κατείργασται, τετελείωται καὶ ἤνυσται.* Et sic libri, praeter Par. in quo est *πεπείραται*. Ad sententiam quod attinet, vulgata, quam probat Schaeferus ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 355. defendi potest, hoc sensu: ac feci illud: absit

κακὰς δὲ τόλμας μήτ' ἐπισταίμην ἐγώ,
μήτ' ἐκμάθοιμι, τάς τε τολμώσας στυγῶ·
φίλτροις δ' ἐάν πως τήνδ' ὑπερβαλώμεθα
τὴν παῖδα, καὶ θέλκτροισι τοῖς ἐφ' Ἡρακλεῖ,

---

vero, ut mala mente: sed illecebris amoris si forte superare hanc possim, perpetravi. Sed quum parum verisimile sit, verbum πειραίνειν, epici metri licentia formatum, in tragoedia locum invenisse, praeferendum puto πεπείραται, licet ductum e codice saepius manum emendatricem prodente. Posuerant, ut videtur, librarii πεπείρανται, tum memores Homeri verborum Od. μ. 37. ταῦτα μὲν οὕτω πάντα πεπείρανται, tum quod insolens videretur πεπείραται significatione passiva. At talia, maxime in praeterito perfecto, non nimis rara sunt. Insigne exemplum est εὔχεσθε in Oed. R. 1512. Est autem hoc verbum ad sententiam etiam aptius altero: ac periculum feci: maleficas vero artes absit ut aut didicerim ego, aut velim discere, odique utentes: sed delenimentis si superare hanc possim atque illecebris amoris apud Herculem, facta res est, nisi quid temere facere videor. *Κακὰς τόλμας* intelligit, quibus Herculi vel Iolae noceat.

581. Libri ἐάν πως. Eustathius p. 799, 3. (716, 50) Σοφοκλῆς δὲ τὸ εἴπου εἰς τὸ ἐάν που μεταλαβών, καθ' ὁμοίαν ἔννοιαν φράζει τὸ, φίλτροις ἐάν που τήνδ' ὑπερβαλώμεθα, μεμηχάνηται τοὔργον, ἤγουν ἐμηχανησάμεθα τόδε, ὅπως τόδε τι ἀνύσωμεν. Discrimen leve est, ἐάν που, si forte; ἐάν πως, si quo modo.

582. Ed. Steph. et quae hanc sequuntur τοῖσδ'. Cod. Par. τῆσδ'. Cod. Harl. Turn. cum antiquis recte τοῖς.

μεμηχάνηται τοὔργον, εἴ τι μὴ δοκῶ
πράσσειν μάταιον· εἰ δὲ μή, πεπαύσεται.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' εἴ τις ἐστὶ πίστις ἐν τοῖς δρωμένοις,
δοκεῖς παρ' ἡμῖν οὐ βεβουλεῦσθαι κακῶς.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

οὕτως ἔχει γ' ἡ πίστις, ὡς τὸ μὲν δοκεῖν
ἔνεστι, πείρᾳ δ' οὐ προςωμίλησά πω.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' εἰδέναι χρὴ δρῶσαν, ὡς οὐδ' εἰ δοκεῖς
ἔχειν, ἔχοις ἂν γνῶμα, μὴ πειρωμένη.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ἀλλ' αὐτίκ' εἰσόμεσθα· τόνδε γὰρ βλέπω
θυραῖον ἤδη· διὰ τάχους δ' ἐλεύσεται.

---

584. Merito πεπαύσεται praetulit Brunckius, quod habent membranae, cod. Harl. edd. Ald. Iunt. prior. Vulgo πεπαύσομαι, quod est in Iunt. secunda et Triclinianis.

587. Sensus est: ita quidem comparata est fiducia, ut in re, quam credam talem esse, sed nondum experta sim. Propterea ὡς dicit, non ὥςτε, quod quoniam effectum significat, ab hoc loco alienum est.

588. Cod. Harl. cum vett. libris πω. Tricliniani male πού.

589. Pro οὐδ' εἰ cod. Harl. εἰ μὴ, male.

590. Scholiastes: ἔχοις ἂν γνῶμα. γράφεται ἄγνωμα. Nempe ortum hoc mendum ex ἂγ γνῶμα. Apud Suidam in v. Νέσος, qui v 587 — 590. affert, γνῶναι legitur. Notandum vero γνῶμα

μόνον παρ' ὑμῶν εὖ στεγοίμεθ', ὡς σκότῳ,
κἂν αἰσχρὰ πράσσῃς, οὔ ποτ' αἰσχύνῃ πεσεῖ.

ΛΙΧΑΣ.

τί χρὴ ποιεῖν; σήμαινε, τέκνον Οἰνέως,
ὡς ἐσμὲν ἤδη τῷ μακρῷ χρόνῳ βραδεῖς.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ἀλλ' αὐτὰ δή σοι ταῦτα καὶ πράσσω, Λίχα,
ἕως σὺ ταῖς ἔσωθεν ἠγορῶ ξέναις,
ὅπως φέρῃς μοι τόνδε γ' εὐϋφῆ πέπλον,
δώρημ' ἐκείνῳ τἀνδρὶ τῆς ἐμῆς χερός.
διδοὺς δὲ τόνδε, φράζ' ὅπως μηδεὶς βροτῶν
κείνου πάροιθεν ἀμφιδύσεται χροΐ,
μηδ' ὄψεταί νιν μήτε φέγγος ἡλίου,

---

proprie dictum de cognitione. Cod. Harl. πειρωμένους.

596. Paucos esse puto hodie, qui monendi sint, ne abundare putent articulum, ut Musgravio visum. *Tardi sumus*, inquit, *iam eo tempore, quod in colloquendo et valedicendo trivimus.*

599. Ald. Iunt. prima, Turn. et quae sequutae, φέρεις. Brunckius ex tribus codd. et Iuntina secunda φέρῃς restituit. Cod. Harl. φέρῃ. Livineii p. φέροις. Eustathius p. 599, 44. (716, 30) ὅτι δέ ποτε καὶ ἐπὶ ἀνδρείου ἱματίου ὁ πέπλος τίθεται, δηλοῖ που Εὐριπίδης. καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἐν Τραχινίαις, ὃς τὸν Ἡρακλέους χιτῶνα, ὃν ἔβαψε Δηϊάνειρα τῷ ἐκ Νέσσου φαρμάκῳ, καὶ εὐαφῆ πέπλον λέγει, καὶ καινὸν πέπλωμα, καὶ ἐνδυτῆρα πέπλον, καὶ θανάσιμον πέπλον. Hinc εὐαφῆ legisse Eustathium apparet, nisi librarii error est.

μήθ' ἕρκος ἱερόν, μήτ' ἐφέστιον σέλας,
πρὶν κεῖνος αὐτὸν φανερὸς ἐμφανῶς σταθεὶς
δείξῃ θεοῖσιν ἡμέρᾳ ταυροσφάγῳ.
οὕτω γὰρ ηὔγμην, εἴ ποτ' αὐτὸν ἐς δόμους
ἴδοιμι σωθέντ', ἢ κλύοιμι, πανδίκως
στελεῖν χιτῶνι τῷδε, καὶ φανεῖν θεοῖς
θυτῆρα καινῷ καινὸν ἐν πεπλώματι.
καὶ τῶνδ' ἀποίσεις σῆμ', ὃ κεῖνος εὐμαθὲς

---

604. Scholiastes: *μήτ' ἐφέστιον σέλας. ἀντὶ τοῦ, τὸ κατ' οἶκον πῦρ. ἕρκος δὲ ἱερόν, ὁ βωμός, ἢ τὸ ἱερόν.* Vereor ne praestet alia interpretatio, qua *σέλας* de lumine per fenestram immisso intelligitur. Huc enim spectare videntur verba Eustathii p. 1908, 39. (Od. 758, 48.) *ἰστέον δὲ ὅτι σέλας, οὐ μόνον πυρός, ἀλλὰ καὶ ἡλίου· ὅθεν παρὰ Σοφοκλεῖ ἡ ὀπή, ὡς ἐν ῥητορικῷ εὕρηται λεξικῷ, παρὰ τὸ σέλας φασὶν ἐμβιβάζειν. ἡ δὲ χρῆσις καὶ παρὰ Λυκόφρονι.*

605. Membranae Brunckii, cod. Par. Ald. Iuntinae *φανερὸς ἐμφανῶς*. Cod. B. *ἐμφανὴς φανερῶς*. Ed. Turn. *φανερὸς ἐμφανής*. Ed. Steph. *φανερὸς ἐμφανεὶς*. Ed. Cant. *φανερὸν ἐμφανής*. Sic etiam T. supra scripto *ἐμφανῶς*. Stephanus Adn. in Soph. p. 61. etiam *αὐτὸν φανερὸν ἐμφανῶς* legi ait. Brunckius dedit *φανερὸς ἐμφανῆ*. Scholia Romana sic: *πρὶν κεῖνος. πρὶν αὐτὸς ἐκδυσάμενος ἐπὶ τῆς οἰκίας φανερὸς καὶ ὑπ' ὄψεσι πάντων προελθών.* Triclinius: *ἐμφανὴς σταθείς. πρὶν ἐκεῖνος ἐνδυσάμενος ἐπὶ τῆς οἰκίας ὑπ' ὄψεσι πάντων προέλθῃ, καὶ δείξῃ ἑαυτὸν φανερὸν τοῖς θεοῖς ἐμφανῶς σταθείς.* Non videbatur mihi esse, cur ab antiqua lectione discedendum putarem.

610. Vide ad v. 599. *κεῖνον* Valckenarii libido in schol. in N. T. vol. I. p. 313.

611. Brunckius, quum non vidisset, accusati-

σφραγῖδος ἕρκει τῷδ' ἐπ' ὄμμα θήσεται.
ἀλλ' ἕρπε, καὶ φύλασσε πρῶτα μὲν νόμον,
τὸ μὴ 'πιθυμεῖν, πομπὸς ὤν, περισσὰ δρᾷν·
ἔπειθ', ὅπως ἂν ἡ χάρις κείνου τέ σοι
κἀμοῦ ξυνελθοῦσ', ἐξ ἁπλῆς διπλῆ φανῇ.

ΛΙΧΑΣ.

ἀλλ', εἴπερ Ἑρμοῦ τήνδε πομπεύω τέχνην
βέβαιον, οὔ τι μὴ σφαλῶ γ' ἐν σοί ποτε,
τὸ μὴ οὐ τόδ' ἄγγος ὡς ἔχει δεῖξαι φέρων,
λόγων τε πίστιν ὧν ἔχεις, ἐφαρμόσαι.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

στείχοις ἂν ἤδη. καὶ γὰρ ἐξεπίστασαι
τά γ' ἐν δόμοισιν, ὡς ἔχοντα τυγχάνει.

ΛΙΧΑΣ.

ἐπίσταμαί τε καὶ φράσω σεσωσμένα.

---

vum ὃ cum εὐμαθὲς constructum esse, ut saepius adiectiva constructionem habent participiorum, insigni temeritate sequentem versum ita scriptum exhibuit, σφραγῖδι θέμενος τῇδ' ἐπ' ὄμμα γνώσεται.

617. Eustathius p. 708, 18. (729, 12.) πάντως δὲ εἰκὸς καὶ θείους καὶ ἱεροὺς εἶναι τοὺς μὴ μόνον ἑρμαϊκῶς κηρύσσοντας κατὰ τὸ, Ἑρμοῦ τήνδε πομπεύω τέχνην βέβαιον, ὅπερ ὁ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ κῆρυξ Λίχας φησίν. Πομπεύω breviter construxit cum τέχνην, ut solitum in huiusmodi verbis. Explicatius dicas, si mandatis perferendis exerceo artem Mercurii.

618. Cod. Par. οὔτοι.

619. Codd. B. T. Par. omittunt οὐ. In Iunt. secunda scriptum τὸ μὴ ὑτόδ'.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ἀλλ' οἶσθα μὲν δὴ καὶ τὰ τῆς ξένης ὁρῶν
προςδέγματ', αὐτὴν ὡς ἐδεξάμην φίλως.

ΛΙΧΑΣ.

ὥςτ' ἐκπλαγῆναι τοὐμὸν ἡδονῇ κέαρ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

τί δῆτ' ἂν ἄλλο γ' ἐννέποις; δέδοικα γὰρ,

---

625. Cod. Harl. προςδέργματ', ad quam lectionem spectat, quod habent edd. Turnebum sequutae αὐτήν θ' ὡς. Ac sane non male ita legeretur, ἀλλ' οἶσθα μὲν δὴ καὶ τὰ τῆς ξένης ὁρῶν προςδέργματ', αὐτήν θ' ὡς ἐδεξάμην φίλως. Sed αὐτὴν ὡς sine copula Ald. et Iuntinae, προςδέγματα omnes. Scholiastes: προςδέγματα. ὑποδοχάς. λέγει δὲ ὅτι οἶσθα πῶς φιλοφρόνως αὐτὴν προςηκάμην. καὶ τοῦτο δὲ ἐπαγωγὸν πρὸς Ἡρακλέα, εἴ γε τὴν ὑπονοουμένην φιλοφρόνως ὑπεδέξατο. In hac lectione αὐτὴν in principio positum aliquid offensionis habet, quae vox isto loco cum vi quadam pronuncianda est. Qua quum ad sententiam non opus sit, quoniam καὶ τῆς ξένης praecessit, exspectes potius, ὥς νιν εἰςεδεξάμην φίλως. Quod si nihil turbatum est in huius loci scriptura, omnino αὐτήν voce erigi necesse est, ut sensus sit: ac scis etiam hospitae exceptionem, ipsam, i. e. vel hanc, quam amice exceperim.

627. Scholiastes: δέδοικα γάρ, φησί, μὴ πρὸ καιροῦ εἴπῃς τὸν ἐξ ἐμοῦ πόθον, ἕως μάθωμεν, εἰ καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ποθεῖ. διὰ δὲ τούτων ἐρεθίζει αὐτὸν πλέον εἰπεῖν. Apparet, hunc non percepisse vim optativi et particulae ἄν. Recte vero observat Schaeferus, μὴ πρῷ λέγοις ἂν hypothetice dictum esse, scilicet εἰ ἄλλο ἐννέποις, affertque Xenoph. Anab. V. 9, (VI, 1.) 28. εἰ οὖν ταῦτα ἐγὼ

μὴ πρῷ λέγοις ἂν τὸν πόθον τὸν ἐξ ἐμοῦ,
πρὶν εἰδέναι τἀκεῖθεν εἰ ποθούμεθα.

ὁρῶν δοκοίην, ὅπου δυναίμην, ἐνταῦθ' ἄκυρον ποιεῖν τὸ ἐκείνων ἀξίωμα, ἐκεῖνο ἐννοῶ, μὴ λίαν ἂν ταχὺ σωφρονισθείην. Quem locum iure defendit contra Porsonum et Schneiderum, deleri ἂν volentes. Deianira, cupiens illa quidem Herculi amorem suum testari, sed verens, ne id ei iam parum sit gratum futurum, dolore ob eam rem correpta, quid, inquit, praeterea aliud dicere possis? si quid, metuo, ne prius de meo Herculis desiderio dicturus esses, quam scires ille an mei aliquo desiderio teneatur. Tametsi vero quae ad hunc versum et v. 625. dixi, satis videntur tueri posse librorum scripturam, praesertim quum etiam in versuum divisione iusta ratio observetur, Licha uno versu bis respondente duobus versibus Deianirae, tamen non dissimulabo, unius versus sede, unaque praeterea littera mutata alio modo hoc colloquium non minus apte, sive personarum vices, sive sensum spectes, procedere: hoc modo: ΔΗ. ἀλλ' οἶσθα μὲν δὴ καὶ τὰ τῆς ξένης ὁρῶν. ΛΙ. ὥστ' ἐκπλαγῆναι τοὐμὸν ἡδονῇ κέαρ. ΔΗ. πρόςδεγμά τ' αὐτὴν ὡς ἐδεξάμην φίλως. ΛΙ. τί δῆτ' ἂν ἄλλο γ' ἐννέποις; δέδορκα γάρ. ΔΗ. μὴ πρῷ λέγοις ἂν τὸν πόθον τὸν ἐξ ἐμοῦ, πρὶν εἰδέναι τἀκεῖθεν εἰ ποθούμεθα. Hoc si cui forte non displiceat, quamquam ego non contendo ita scripsisse Sophoclem, is illa, τί δῆτ' ἂν ἄλλο γ' ἐννέποις; numquid vis aliud? formulam esse meminerit, qua discedentes utuntur; haec autem, μὴ πρῷ λέγοις ἄν, iubentis esse dici ista, sed ne prius, quam de Herculis desiderio constet; non vetantis prius dici, quod dici debuisset μὴ πρῷ λέξῃς.

628. Membranae Brunckii, cod. Harl. Ald. Iuntinae πρῷ. Cod. Par. et libri Tricliniani πρῶ.

629. Cod. Harl. ποθούμενα, qui si non est er-

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ ναύλοχα καὶ πετραῖα   στρ. ά
θερμὰ λουτρὰ καὶ πάγους
Οἴτας παραναιετάοντες, οἵ τε μέσσαν
Μηλίδα πὰρ λίμναν,
χρυσαλακάτου τ' ἀκτὰν κόρας,
ἔνθ' Ἑλλάνων ἀγοραὶ
Πυλάτιδες καλεῦνται.
ὁ καλλιβόας τάχ' ὑμῖν   ἀντ. ά.
αὐλὸς οὐκ ἀναρσίαν
ἰάχων καναχὰν ἐπάνεισιν, ἀλλὰ θείας
ἀντίλυρον μούσας.
ὁ γὰρ Διὸς Ἀλκμήνας κόρος

---

ror librarii, ποθούμενα pro ποθοῦντα dictum erit, ut v. 103.

633. Sequutus sum recensionem Triclinii, quae πὰρ dedit. Caeteri libri παρὰ, quod etsi non repugnat metro, tamen alterum a Sophocle scriptum esse veri similius est.

634. Artemisium intelligit scholiastes. Aptius docet Musgravius, omne vicinum littus Dianae sacrum fuisse, auctore Apollonio Rhodio I. 571. Ἄρτεμιν, ἣ κείνας σκοπιὰς ἁλὸς ἀμφιέπεσκεν, ῥυομένη καὶ γαῖαν Ἰωλκίδα. Sed Herodoti locus, VII. 176. quem idem affert, non videtur huc trahi posse.

636. Libri καλέονται. Scripsi καλεῦνται, ut conieceram lib. III. de metris p 440. Erfurdtius ex alia mea coniectura κέκληνται.

639. Elmsleius parum firmo argumento, quod strophicus versus a spondeo incipit, ἀχῶν scribendum coniecit, ad Heracl. 752.

640. Ἀντίλυρον idem quod ἰσόλυρον. In scholiis Romanis ad v. 633. ἀντίλυτρον, errore, ut videtur, typographi.

641. Libri veteres Ἀλκμηνας τε κοῦρος, prae-

σεῦται πάσας ἀρετᾶς
λάφυρ' ἔχων ἐπ' οἴκους·
ὃν ἀπόπτολιν εἴχομεν πάντα στρ. β'.
δυοκαιδεκάμηνον ἀμμένουσαι
χρόνον, πελάγιον, ἴδριες οὐδέν·
ἁ δέ οἱ φίλα δάμαρ τάλαινα,
δυστάλαινα καρδίαν,
πάγκλαυτος αἰὲν ὤλλυτο·
νῦν δ' Ἄρης οἰστρηθεὶς
ἐξέλυσ' ἐπίπονον ἁμέραν.
ἀφίκοιτ', ἀφίκοιτο· μὴ σταίη ἀντ. β.
πολύκωπον ὄχημα ναὸς αὐτῷ,
πρὶν τάνδε πρὸς πόλιν ἀνύσειε,
νασιῶτιν ἑστίαν ἀμείψας,

---

ter Iunt. sec. in qua est, quod Brunckius cum cod. B. et Heathio dedit, *Ἀλκμήνας τε κόρος*. Cod. T. *Ἀλκμήνας κόρος*, sine copula, quod merito receptum ab Erfurdtio: Iovis ex Alcmena filius.

647. Vide Diss. de aetate Orphei Argon. p. 790.

649. Erfurdtius cum Brunckio *πάγκλαυστος*. Sincera librorum scriptura.

650. Cod. Par. *οἰστρωθείς*, quam scripturam iam Stephanus commemoravit. Musgravius hoc verbo offensus coniiciebat *αὖ στρωθείς*: sed sana est librorum scriptura. Hoc innuit chorus: quum Hercules diu ubi esset ignoratus, longe dissitas regiones peragrasset, nunc bellum, quod exarserat, sustulit labores. *Ἐπίπονον ἁμέραν* ambiguum utrum de Herculis laboribus, an, ut scholiastes vult, de sollicitudine Deianirae dictum sit.

651. De metro vide Elem. d. metr. p. 273.

654. Triclinii recensio male *πρινή*. Deinde Wakefieldius et Erfurdtius *ποτὶ* pro *πρός*.

*

ἔνθα κλῄζεται θυτήρ·
ὅθεν μόλοι πανάμερος,
τᾶς πειθοῦς παγχρίστῳ
συγκραθεὶς ἐπὶ προφάσει θηρός.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Γυναῖκες, ὡς δέδοικα, μὴ περαιτέρω
πεπραγμέν᾽ ᾖ μοι πάνθ᾽, ὅσ᾽ ἀρτίως ἔδρων.

ΧΟΡΟΣ.

τί δ᾽ ἐστὶ, Δηάνειρα, τέκνον Οἰνέως;

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

οὐκ οἶδ᾽· ἀθυμῶ δ᾽, εἰ φανήσομαι τάχα
κακὸν μέγ᾽ ἐκπράξασ᾽ ἀπ᾽ ἐλπίδος καλῆς.

ΧΟΡΟΣ.

οὐ δή τι τῶν σῶν Ἡρακλεῖ δωρημάτων;

---

657. Πανάμερος significat πάντως τῇδε τῇ ἡμέρᾳ. Πανημέριος et παννύχιος non semper de totis diebus noctibusque intelligendum esse, pervulgatum est, et iam antiquis Homeri interpretibus observatum.

658. Male Brunckius commate distinxit post συγκραθείς, ad mentem scholiastae, qui πέπλῳ supplet ad παγχρίστῳ. Constructio est, συγκραθεὶς ἐπὶ προφάσει θηρός, παγχρίστῳ τᾶς πειθοῦς. conciliatus praedictione Centauri, suada perunctа. Satis moleste haec Sophocles enunciavit, novata significatione vocabuli πρόφασις, id ut praedictionem vel mandatum indicaret. Sic certe unus ex scholiastis videtur accepisse, qui caeteroquin inepte scribit, τῷ πέπλω τῆς πειθοῦς θελχθείς, τῷ ἐκ προφάσεως τοῦ Νέσσου κατεσκευασμένῳ.

665. Τῶν σῶν Ἡρακλεῖ δωρημάτων non ex

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

μάλιστά γ'· ὥστε μήποτ' ἂν προθυμίαν
ἄδηλον ἔργου τῳ παραινέσαι λαβεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

δίδαξον, εἰ διδακτόν, ἐξ ὅτου φοβῇ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

τοιοῦτον ἐκβέβηκεν, οἷον, ἢν φράσω,

---

omisso ἕνεκα pendet, ut scholiastes putat, sed a praecedente ἐλπίδος.

667. Cod. Par. ἔργον. supra scripto ου.

669. Libri omnes, οἷον ἂν φράσω. Wakefieldius male οὖν. Erfurdtius audacter, nec sensu bono, οἷον ἐκφράσω. Vertunt, qualem dicam. At verba ista significant, qualem dixero: quod nemo non videt absurdum esse. Schaeferus ἂν φράσω interpretatur, si dixero. Etiam Erfurdtius, mutata priore sententia, ἢν φράσω coniecit, quod mihi quoque et Seidlero in mente venit. Si abesset φράσω, recte se haberet ἄν, non illud tamen coniungendum cum infinitivo μαθεῖν, quod nec sententia, neque collocatio particulae fert. Potest id ex hoc Luciani exemplo intelligi in libro de modo conscribendae historiae c. 37. T. II. p 49. οἷος καὶ πράγμασι χρήσασθαι ἄν, εἰ ἐπιτραπείη. Sed deberet ex praecedente verbo ἐκβέβηκεν intelligi ἐκβαίη, ut apud Aeschylum S. ad Th. 737. χθόνα ναίειν διαπήλας ὁπόσαν ἂν καὶ φθιμένοις κατέχειν: cuius tamen loci haec non videtur vera scriptura esse. Addito autem futuro φράσω, non potest ἐκβὰν vel ἐκβῆναι intelligi, quia perversa inde sententia nasceretur: tale evenit, qualem dicam eventuram esse rem insperatam auditu. Quae quum ita sint, scribendum putavi ἢν φράσω, quod spectat ad μαθεῖν: evenit,

γυναῖκες, ὑμῖν θαῦμ' ἀνέλπιστον μαθεῖν.
ᾧ γὰρ τὸν ἐνδυτῆρα πέπλον ἀρτίως
ἔχριον ἀργῆτι οἰὸς εὐείρῳ πόκῳ,

---

quale insperatum est ad audiendum vobis, si dixero.

670. Triclinii recensio *παθεῖν*, quod est etiam in Par. Sed cod. Harl. cum vett. libris *μαθεῖν*. Vtrumque memorat scholiastes.

671. *Ἐνδυτῆρα πέπλον* ex h. l. affert Eustathius. Vide ad v. 599. Mirifice errant interpretes in explicatione et huius vocabuli, et cognatorum *ἐνδυτόν*, *ἐνδυτός*, *ἔνδυμα*: quae omnia non simpliciter de indumentis, sed de ornatu intelligenda sunt. Vide Diss. I. de choro Eumenidum p. 12.

672. Libri omnes, *ἀργῆτ' οἰὸς εὐείρῳ πόκῳ*. Brunckius ex Valckenarii coniectura ad Phoen. 994. *εὐείρου* dedit, quod recepit etiam Erfurdtius, *πόκῳ* in *πόκον* mutato, ne iota dativi eideretur. Probat hoc Lobeckius ad Ai. p. 342. modo *εὐέρου* scribatur. Eadem Elmsleii sententia est in Add. ad Heraclidas 693. de quo falsum retulit Lobeckius ad Phryn. p. 146. Schaeferus non improbat elisum iota, formam *εὔειρος* autem Photii et Leonidae Tarentini auctoritate tuetur. Ego ita servandam duxi librorum scripturam, ut *ἀργῆτι* plene scriberem, quum synizesin potius pati iota, quam elidi credam. Vide Elem. d. metr. p. 55. *Εὐείρῳ* nolim epicorum aut epigrammatariorum exemplis defendi, nisi sic, ut eam formam tamquam magis poeticam communi *εὔερος* a tragicis praelatam putem. Dativorum mutationem in accusativos, quae Erfurdtio, Lobeckio, Elmsleio placuit, defendi quidem posse puto, sed non iis exemplis, quibus Lobeckius atque Elmsleius accusativum dativo iungi ostenderunt: quae omnia alias rationes habent.

τοῦτ' ἠφάνισται, διάβορον πρὸς οὐδενὸς
τῶν ἔνδον, ἀλλ' ἐδεστὸν ἐξ αὐτοῦ φθίνει,
καὶ ψῇ κατ' ἄκρας σπιλάδος. ὡς δ' εἰδῇς ἅπαν,
ᾗ τοῦτ' ἐπράχθη, μείζον' ἐκτενῶ λόγον.
ἐγὼ γὰρ ὧν ὁ θήρ με Κένταυρος, πονῶν
πλευρὰν πικρᾷ γλωχῖνι, προὐδιδάξατο,
παρῆκα θεσμῶν οὐδέν, ἀλλ' ἐσωζόμην,
χαλκῆς ὅπως δύςνιπτον ἐκ δέλτου γραφήν.
καί μοι τάδ' ἦν πρόῤῥητα, καὶ τοιαῦτ' ἔδρων,
τὸ φάρμακον τοῦτ' ἄπυρον, ἀκτῖνός τ' ἀεὶ
θερμῆς ἄθικτον, ἐν μυχοῖς σώζειν ἐμέ,
ἕως ἂν ἀρτίχριστον ἁρμόσαιμί που.
κἄδρων τοιαῦτα. νῦν δ', ὅτ' ἦν ἐργαστέον,
ἔχρισα μὲν κατ' οἶκον ἐν δόμοις κρυφῇ
μαλλῷ, σπάσασα κτησίου βοτοῦ λάχνην·
κἄθηκα συμπτύξασ' ἀλαμπὲς ἡλίου
κοίλῳ ζυγάστρῳ δῶρον, ὥςπερ εἴδετε.

---

673. Cod. Par. τότ' pro τοῦτ'.

675. Verba ψῇ κατ' ἄκρας σπιλάδος affert Eustathius p. 751, 52. 1071, 9. (652, 28. 1093, 7.) utroque in loco sine iota subscripto: comparat autem cum κνῆ, ζῆ, ἐχρῆν. Hoc sequuti Brunckius et Erfurdtius. Sed edd. vett. ψῇ cum iota, quod servandum duxi, ut formam Doricam, qualis est ζῇ. Eamdem Buttmanni sententiam esse ad Platon. Gorg. p. 525. monuit Schaeferus. Σπιλὰς hic rectius glaream, quam lapidem interpretabimur.

681. Male servavit Brunckianum κἀμοὶ Erfurdtius.

689. Verba κοίλῳ ζυγάστρῳ afferunt Eustathius p. 956, 6. (935, 49) Etym. M. p. 412, 28. Zona-

εἴσω δ' ἀποστείχουσα, δέρκομαι φάτιν
ἄφραστον, ἀξύμβλητον ἀνθρώπῳ μαθεῖν.
τὸ γὰρ κάταγμα τυγχάνω ῥίψασά πως
τῆς οἰός, ᾧ προὔχριον, ἐς μέσην φλόγα,
ἀκτῖν' ἐς ἡλιῶτιν· ὡς δ' ἐθάλπετο,
ῥεῖ πᾶν ἄδηλον, καὶ κατέψηκται χθονί,
μορφῇ μάλιστ' εἰκαστόν, ὥςτε πρίονος
ἐκβρώματ' ἂν βλέψειας ἐν τομῇ ξύλου.
τοιόνδε κεῖται προπετές. ἐκ δὲ γῆς, ὅθεν
προὔκειτ', ἀναζέουσι θρομβώδεις ἀφροί,
γλαυκῆς ὀπώρας ὥςτε πίονος ποτοῦ
χυθέντος εἰς γῆν Βακχίας ἀπ' ἀμπέλου.
ὥςτ' οὐκ ἔχω τάλαινα ποῖ γνώμης πέσω·
ὁρῶ δέ μ' ἔργον δεινὸν ἐξειργασμένην.
πόθεν γὰρ ἄν ποτ', ἀντὶ τοῦ θνήσκων ὁ θὴρ
ἐμοὶ παρέσχ' εὔνοιαν, ἧς ἔθνησχ' ὕπερ;
οὐκ ἔστιν. ἀλλὰ τὸν βαλόντ' ἀποφθίσαι

---

ras p. 962. qui ξύλῳ ζυγάστρῳ habet, commemotus iam Valckenario ad Adoniaz. p. 335.

692. Eustathius ad Odyss. p. 1399, 64. 1414, 28. (32, 17. 52, 11.) in h. l. κάταγμα interpretatur lanam carminatam, τὸ κατειργασμένον ἔριον. Sed non esse Sophoclem proprie loquutum, illa ostendunt, σπάσασα κτησίου βοτοῦ λάχνην.

697. Cod. Par. ἐμβλέψειας pro ἂν βλέψειας.

698. Ὅθεν non pro ὅθι dictum, sed per attractionem positum propter ἐκ γῆς.

700 Male Musgravius γλαυκῆς ὀπώρας de auctumni tempore interpretatur. Melius scholiastes: τοῦ γλεύκους τοῦ ἀρτίως ἐκπιεσθέντος καὶ νέου. μάλιστα δὲ ὁ νέος οἶνος θερμὸς ὤν, εἰ πέσοι χαμαί, ἀφρίζει. γλαύκην δὲ ὀπώραν τὸν νέον οἶνον εἶπε. Nihil ὀπώρα aliud, quam florem vini

χρήζων, ἔθελγεν. ὧν ἐγὼ μεθύστερον,
ὅτ' οὐκ ἔτ' ἀρκεῖ, τὴν μάθησιν ἄρνυμαι.
μόνη γὰρ αὐτόν, εἴ τι μὴ ψευσθήσομαι
γνώμης, ἐγὼ δύστηνος ἐξαποφθερῶ.
τὸν γὰρ βαλόντ' ἄτρακτον οἶδα καὶ θεὸν
Χείρωνα πημήναντα, χὤςπερ ἂν θιγῇ,
φθείρει τὰ πάντα κνώδαλ'· ἐκ δὲ τοῦδ' ὅδε

---

notat. Insolens epitheton est πίονος, quo merum designari videtur.

707. Harl. Ald. et Iunt. prima, quaeque has sequuntur, ἔθελγεν sine pronomine. Sed Iuntina secunda et Triclinianae ἔθελγέ μ', quod Brunckius aliique probaverunt. Mihi potior visa veterum librorum scriptura, quod hic non opus est pronomine.

711. Apud Etym. M. p. 165, 6. legitur, τὸν γὰρ βάλλοντ' ἄτρακτον οἶδε. Casum Chironis narrat Apollodorus II. 5, 4. §. 6. aliique, de quibus ibi Heynius, et ad Sophoclem Billerbeckius et Groddeckius.

712. Libri veteres χὤςπερ ἂν θίγῃ. Livineii liber p. χὤπερ. Stephanus χὤσαπερ ἂν θίγῃ introduxit, servavitque Brunckius. Scholiastes: χὤς-περ ἂν θίγῃ. καὶ ὅσα ἂν θίγῃ τοῦ Ἡρακλείου βέλους, εἴτε ἄνθρωπος εἴτε θηρία, ἀπόλλυται. Wakefieldius, Erfurdtius, Schaeferus correxere χὤνπερ. At nihil caussae erat, cur vetus lectio mutaretur, siquidem ὥςπερ ἂν significat simulatque. De ea re dicetur in libro de particula ἄν.

713. Scholiastes: ἐκ δὲ τοῦδε. τοῦ Νέσσου. ἀντὶ τοῦ διὰ τοῦ Νέσσου. Male. Musgravius construendum putat, διελθὼν ἐκ σφαγῶν τοῦδε. Ne hoc quidem verum. Si ἐκ τοῦδε dictum esset non interposita particula δέ, accipi posset pro propterea, ut ἐκ τούτων, ἐκ τῶνδε, v. c. apud Aeschyl. Agam. 886. Nunc, addita illa particula,

σφαγῶν διελθὼν ἰὸς αἵματος μέλας
πῶς οὐκ ὀλεῖ καὶ τόνδε; δόξῃ γοῦν ἐμῇ.
καίτοι δέδοκται, κεῖνος εἰ σφαλήσεται,
ταύτῃ σὺν ὁρμῇ κἀμὲ συνθανεῖν ἅμα.
ζῆν γὰρ κακῶς κλύουσαν οὐκ ἀνασχετόν,
ἥτις προτιμᾷ μὴ κακὴ πεφυκέναι.

ΧΟΡΟΣ.

ταρβεῖν μὲν ἔργα δείν' ἀναγκαίως ἔχει·
τὴν δ' ἐλπίδ' οὐ χρὴ τῆς τύχης κρίνειν πάρος.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς μὴ καλοῖς βουλεύμασιν
οὐδ' ἐλπίς, ἥτις καὶ θράσος τι προξενεῖ.

---

referri debet *τοῦδε* ad *ἄτρακτον*. Ex illa sagitta, inquit, atrum sanguinis virus vulneri instillatum quomodo non Herculem quoque perdet?

715. Vulgo *δόξει γοῦν ἐμοί*. Sed codex T. et Iuntina secunda, *δόξῃ γοῦν ἐμῇ*, quod recepit Brunckius. Ferri posset vulgata, si *καὶ δὴ* sequeretur: certe constituam mori, ac iam constitutum est. Sed *καίτοι* sequente, quod novae sententiae initium facit, non potest. Ita haec ad praecedentia referuntur: mea certe opinione perdet hunc venenum. Quare Brunckianam lectionem praetuli. In numeris, quibus offensus Erfurdtius *ἔδοξε γοῦν ἐμοὶ* scripsit, nihil est quod quis haereat. Vide Elem. d. metr. p. 113 seqq.

717. Harl. Ald. et vett. libri, *ταύτῃ σὺν ὀργῇ*, quod scholiastes parum apte interpretatur, *τούτῳ τῷ τρόπῳ· τουτέστι διὰ τοῦ πέπλου*. Triclinii recensio, *ταύτῃ σὺν ὁρμῇ*. Brunckius edidit *ταύ-*

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ἀμφὶ τοῖς σφαλεῖσι μὴ 'ξ ἑκουσίας
ὀργὴ πέπειρα, τῆς σε τυγχάνειν πρέπει.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

τοιαῦτα δ' ἂν λέξειεν οὐχ ὁ τοῦ κακοῦ
κοινωνός, ἀλλ' ᾧ μηδέν ἐστ' οἴκοις βαρύ.

ΧΟΡΟΣ.

σιγᾶν ἂν ἁρμόζοι σε τὸν πλείω λόγον,
εἰ μή τι λέξεις παιδὶ τῷ σαυτῆς· ἐπεὶ
πάρεστι, μαστὴρ πατρός, ὃς πρὶν ᾤχετο.

ΥΛΛΟΣ.

ὦ μῆτερ, ὡς ἂν ἐκ τριῶν σ' ἓν εἱλόμην,
ἢ μηκέτ' εἶναι ζῶσαν, ἢ σεσωσμένην

τῇ ξὺν ὁρμῇ, quem sequitur Erfurdtius. *Ταύτῃ* certe non opus erat mutari. Hoc conatu, inquit, me quoque, si ille perdetur, mori certum est.

724. Leniorem dicit iram esse ob ea, quae quis non consulto fecerit, talemque futurum esse Herculis in eam animum.

727. Erfurdtius ex coniectura dedit *οἴκοι*. Sensus est: recte dicis: verum talia dicat, non qui auctor est mali, sed cui nihil domi suae grave est: i. e. qui nullo suo malefacto dolet.

728. Cod. Par. *γὰρ* pro *ἄν*. Harl. *ἄρ' ἁρμόζει*. Deinde vulgo *τὸν πλείω χρόνον*. Quam scholiastes lectionem commemorat, *λόγον*, iure receperunt Canterus, Brunckius, Wakefieldius, Erfurdtius.

730. In veteribus libris interpungebatur, *ἐπεὶ πάρεστι μαστὴρ πατρός, ὃς πρὶν ᾤχετο.* Brunckio

ἄλλου κεκλῆσθαι μητέρ', ἢ λῴους φρένας
τῶν νῦν παρουσῶν τῶνδ' ἀμείψασθαί ποθεν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

τί δ' ἐστὶν, ὦ παῖ, πρός γ' ἐμοῦ στυγούμενον;

ΥΛΛΟΣ.

τὸν ἄνδρα τὸν σὸν ἴσθι τόνδ', ἐμὸν λέγω
πατέρα, κατακτείνασα τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

οἴ μοι, τίν' ἐξήνεγκας, ὦ τέκνον, λόγον;

---

placuit, *ἐπεὶ πάρεστι, μαστὴρ πατρὸς ὃς πρὶν ᾤχετο.* Neutrum satis aptum videbatur.

733. Tricliniani libri *μητέρα σ', ἢ*, sed emendata lectio est in Harl. et edd. vett.

736. Libri, *τὸν ἄνδρα τὸν σὸν ἴσθι. τὸν δ' ἐμὸν λέγω πατέρα.* Erfurdtius, *τὸν ἄνδρα τὸν σὸν ἴσθι τόνδ', ἐμὸν λέγω πατέρα*, quod mihi quoque probari significavi in censura Elmsleii Medeae ad v. 940. Schaeferus vulgatam tuetur, quod *λέγω* uti solum ponatur, ita etiam *δὲ* adiunctum habeat, citans in eam rem Lobeckium ad Ai. p. 306. Sane, si legeretur *λέγω δ' ἐμὸν πατέρα*, quis hoc mutatum iret? Neque vero, si scriptum esset, *λέγω δὲ πατέρα τὸν ἐμόν.* Cur ergo, inquis, non ferendum *τὸν δ' ἐμὸν λέγω πατέρα*? Nimirum non propter particulam *δέ*, sed propter articulum cum adiectivo ante nomen. Cave enim credas perinde esse, utrum *ἐμὸς πατήρ*, an *ὁ ἐμὸς πατὴρ* dicas. *Ἐμὸς πατὴρ* pro una notione est, q u i m e g e n u i t, sine distinctione aliorum ab eodem procreatorum. Pro eo dici licet *πατὴρ ὁ ἐμός*, p a t e r m e u s, quae est patris accuratior descriptio, addito cuius pater sit. Aliud vero est *ὁ ἐμὸς πα-*

ΥΛΛΟΣ.

ὃν οὐχ οἷόν τε μὴ τελεσθῆναι. τὸ γὰρ
φανθὲν τίς ἂν δύναιτ' ἂν ἀγένητον ποιεῖν;

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

πῶς εἶπας, ὦ παῖ; τοῦ παρ' ἀνθρώπων μαθὼν
ἄζηλον οὕτως ἔργον εἰργάσθαι με φῄς;

ΥΛΛΟΣ.

αὐτὸς βαρεῖαν ξυμφορὰν ἐν ὄμμασιν
πατρὸς δεδορκώς, κοὐ κατὰ γλῶσσαν κλύων.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

ποῦ δ' ἐμπελάζεις τἀνδρὶ καὶ παρίστασαι;

ΥΛΛΟΣ.

εἰ χρὴ μαθεῖν σε, πάντα δὴ φωνεῖν χρεών.
ὅθ' εἷρπε κλεινὴν Εὐρύτου πέρσας πόλιν,

τήρ, quod est cum distinctione dictum, meus, non alius cuiuspiam pater. Id autem quis non videt ab hoc loco plane alienum esse? Neque alibi aliter. Exemplorum copiam vide apud Elmsleium l. l.

739. Apud Suidam in v. οἴμοι, qui affert v. 738—740. legitur in edd. vett. οἷόν γε.

740. Iunt. sec. ποεῖν. Apud Suidam, τίς ἂν δύναιτ' ἂν ἀγένητον ποιῆσαι. Sophoclis libri. τίς ἂν δύναιτ' ἀγέννητον ποιεῖν. Recepi, quod Porsonus in Misc. a Kiddio editis p. 219. firmavit Agathonis exemplo apud Aristot. Eth. Nicom. VI. 2.

742. Affert hunc versum Suidas in v. ἄζηλον.

744. Bene Brunckius ex cod. B. κοὐ restituit pro καί.

747. Scholiastes: καινοπρεπὴς ἡ φράσις· ἦλθεν εἰς τὴν Εὔβοιαν, ἧς ἀκρωτήριόν ἐστι τὸ Κήναιον. Recte hic ὅθ' pro ὅτε, non pro ὅθι, accepit:

νίκης ἄγων τρόπαια κἀκροθίνια.
ἀκτή τις ἀμφίκλυστος Εὐβοίας ἄκρον
Κήναιόν ἐστιν, ἔνθα πατρῴῳ Διῒ
βωμοὺς ὁρίζει τεμενίαν τε φυλλάδα·
οὗ νιν τὰ πρῶτ' ἐςεῖδον ἄσμενος πόθῳ.
μέλλοντι δ' αὐτῷ πολυθύτους τεύχειν σφαγὰς
κήρυξ ἀπ' οἴκων ἵκετ' οἰκεῖος Λίχας,
τὸ σὸν φέρων δώρημα, θανάσιμον πέπλον·
ὃν κεῖνος ἐνδὺς, ὡς σὺ προὐξεφίεσο,
ταυροκτονεῖ μὲν, δώδεκ' ἐντελεῖς ἔχων,
λείας ἀπαρχὴν, βοῦς· ἀτὰρ τὰ πάνθ' ὁμοῦ
ἑκατὸν προςῆγε συμμιγῆ βοσκήματα.
καὶ πρῶτα μὲν δείλαιος, ἵλεῳ φρενὶ,
κόσμῳ τε χαίρων καὶ στολῇ, κατηύχετο·
ὅπως δὲ σεμνῶν ὀργίων ἐδαίετο
φλὸξ αἱματηρὰ κἀπὸ πιείρας δρυὸς,
ἱδρὼς ἀνῄει χρωτὶ, καὶ προςπτύσσετο

---

quum profectus est expugnata Oechalia, Cenaeum est, ubi sacra fecit: pro his: quum profectus est, sacra fecit in Cenaeo. Caeterum vide ad v. 237.

751. Verba τεμενίαν τε φυλλάδα affert Eustathius p. 149, 10. (112, 46.)

753. Brunckii membranae et cod. Harl. πολυθέτους, quod etsi non praeferam vulgato, tamen non ausim mendosum dicere.

755. Vide ad v. 599.

758. Verba τὰ πάνθ' ὁμοῦ ἑκατὸν συμμιγῆ βοσκήματα affert Eustathius p. 49, 9. (37, 4.)

763. Scholiastes: ἀπὸ λιπαροῦ ξύλου. δρῦν γὰρ λέγει πᾶν δένδρον. Nam proprie πεύκη intelligenda.

764. Vulgo ἀνίει. Genuinam lectionem reposuit Brunckius ex membr. a prima manu, et cod.

πλευραῖσιν ἀρτίκολλος, ὥςτε τέκτονος,
χιτὼν ἅπαν κατ' ἄρθρον· ἦλθε δ' ὀστέων
ἀδαγμὸς ἀντίσπαστος, εἶτα φοινίας
ἐχθρᾶς ἐχίδνης ἰὸς ὣς ἐδαίνυτο.
ἐνταῦθα δὴ 'βόησε τὸν δυςδαίμονα

T. ex correctione, tum e scholiasta et Iunt. sec. Habet eam etiam Harl. nec videtur dissentire cod. Par. De interpunctione dubitatio est. Wakefieldius, commate post δρυὸς sublato, ἀνήει ex ὅπως pendere vult, eademque Musgravii fuit sententia, qui καί, quod sequitur, per tum interpretatur. At multo et simplicior et gravior oratio est, apodosi verbis ἱδρὼς ἀνήει χρωτί incipiente. Deinde libri προςπτύσσετο, quod Erfurdtius in προςπτύσσεται mutavit. Probavit hoc Heindorfius ad Plat. Phaedon. p. 124 allatis aliis coniunctorum diversorum temporum exemplis. Eadem Porsoni emendatio est ad Med. 1138. Malui tamen ego libris obtemperare, quum in relatione nuncii recte omitti augmentum in tali quidem verbo possit. Vide Elem. d. metr. p. 121.

765. Male interpretes cum scholiasta τέκτονος pro ὑπὸ τέκτονος accipiunt. Is ita: ὡς ὑπὸ τέκτονος καλῶς συγκεκολλημένος. τὸ δ' ἑξῆς, καὶ προςκολλητὸς ὁ χιτὼν κατὰ πᾶν μέρος, ὡς ξύλῳ παρὰ κόλλῃ ὑπὸ τέκτονος προςχρισθεῖσα. At haec non solum parum apta atque decora comparatio foret, sed oratio etiam laboraret mira ellipsi. Tu sic intellige: adstringebatur lateribus vestis, ut statuarii, i. e. ut quam statuarius exprimit cum corpore ipso cohaerentem. Ita τέκτονας dicit etiam Euripides in Alcest. 349.

769. Ἀδαγμὸς Piersonus ad Moeridem p. 41. Photii auctoritate, qui hanc vocem ab Sophocle usurpatam scribit, restituendum censuit: quem sequuti sunt Brunckius et Erfurdtius. Confirmat

Λίχαν, τὸν οὐδὲν αἴτιον τοῦ σοῦ κακοῦ,
ποίαις ἐνέγκοι τόνδε μηχαναῖς πέπλον·

---

grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 342, 22. Libri ὀδαγμός. Iidem editores etiam φοίνιος ex Piersoni coniectura pro φοινίας receperunt. Sic saepe videas criticos, quae Latinae poeseos regulae sunt, male ad Graecos transferre. Caeterum libri, plena interpunctione post ἀντίσπαστος posita, habent, εἶτα φοινίας ἐχθρᾶς ἐχίδνης ἰὸς ὡς ἐδαίνυτο, ἐνταῦθα δὴ 'βόησε. Scholiastes: ὡς κατήσθιεν αὐτὸν ὁ ἰός. Errorem solus animadvertit Wakefieldius, qui recte vidit, Hyllum nescire, hydrae Lernaeae veneno tinctam fuisse vestem, ipso poeta teste v. 930. Nisi quis volet contendere, oblitum sui esse poetam, et Hyllum fecisse quod res erat dicentem, licet ille id ignorare debuerit. Igitur Wakefieldius, qui tamen verba ἦλθε δ' ὀστέων ὀδαγμὸς ἀντίσπαστος non debebat in parenthesi dicta putare, ita scripsit, εἶτα, φοινίας ἐχθρᾶς ἐχίδνης ἰὸς ὥς, ἐδαίνυτο, ut ἐνταῦθα non apodosin, sed novam orationis partem incipiat. Ei non debebant Erfurdtius et Groddeckius obloqui. Vt Wakefieldius, ita ego quoque pridem correxeram, etsi Wakefieldium commata, quae ante φοινίας et ἐδαίνυτο posuit, locum non recte intellexisse arguunt. Nam sive ἀδαγμός, sive, ut ille videtur voluisse, χιτὼν dicatur δαίνυσθαι, neutrum satis apte dictum, et comparatio illa cum veneno echidnae parum scite adiecta erit. Immo, ut saepe fit in Graecorum tragoediis, per coniecturam inscius verum dicit Hyllus: d e i n d e e u m v e l u t e c h i d n a e q u o d d a m v i r u s e x e d e b a t.

771. Membr. Ald. et Iunt. pr. ἐνέγκαι. In Eurip. Hippol. 393. legitur ἐνέγκαιμι. Cod. B. ἐνέγκαις. Harl. ἐνέγκας, nisi typographi error est. Par. ἐνέγκοις. Iunt. secunda et Tricliniani libri ἐνέγκοι,

ὃ δ' οὐδὲν εἰδὼς δύςμορος, τὸ σὸν μόνης
δώρημ' ἔλεξεν, ὥςπερ ἦν ἐσταλμένον.
κἀκεῖνος, ὡς ἤκουσε, καὶ διώδυνος
σπαραγμὸς αὐτοῦ πνευμόνων ἀνθήψατο,
μάρψας ποδός νιν, ἄρθρον ᾗ λυγίζεται,
ῥίπτει πρὸς ἀμφίκλυστον ἐκ πόντου πέτραν·
κόμης δὲ λευκὸν μυελὸν ἐκραίνει, μέσου

---

quod hic ob suaviorem sonum praeferendum duxi.

775. Membr. Harl. Ald. Iuntinae πλευμόνων. Par. cum caeteris πνευμόνων. Vide ad v. 564. Videtur hunc locum respicere Aristophanes Ran. 473. Ἔχιδνά θ' ἑκατογκέφαλος, ἣ τὰ σπλάγχνα σοῦ διασπαράξει, πλευμόνων τ' ἀνθάψεται Ταρτησία μύραινα. Vidit Coraius ad Xenocr. p. 185.

776. Cod. Par. ποδῶν.

777. Libri omnes ῥιπτεῖ. Scripsi ῥίπτει. Vide ad Aiacem v. 235. Vulgatam videri potest Athenaeus habuisse, cuius epitome lib. II. p. 65. F. seq. ita: Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Ἀθηναῖος οὐδ' ὀνομάζειν τινὰ τῶν παλαιῶν φησὶν ἐγκέφαλον· καὶ Σοφοκλέα γοῦν, ἐν Τραχινίαις ποιήσαντα τὸν Ἡρακλέα ῥιπτοῦντα τὸν Λίχαν ἐς θάλασσαν, οὐκ ὀνομάσαι ἐγκέφαλον, ἀλλὰ λευκὸν μυελόν, ἐκκλίνοντα τὸ μὴ ὀνομαζόμενον· κόμης δὲ λευκὸν μυελὸν ἐκραίνει, μέσου κρατὸς διασπαρέντος, αἵματός θ' ὁμοῦ· καίτοι τἄλλα διαῤῥήδην ὀνομάσαντα. Quibus usus Eustathius p. 757, 44. (660, 6.) verba λευκὸν μυελὸν apposuit. Apollodori errorem docte refutavit Casaubonus p. 136. seq. non insolenter loquutum esse Sophoclem demonstrans, quum ἐγκέφαλος proprie sit adiectivum, ad quod intelligendum est μυελός. Quin Coraius adnotavit, hodie quoque a Graecis cerebrum dici μύαλον, et ἀμύαλον hominem fatuum.

778. Libri habent, quam modo ex Athenaeo lectionem posui, nisi quod in Cod. Par. μέσον

scriptum. Sed in ed. Etonensi a. 1786. recepta Heathii emendatio, *κρατὸς δὲ λευκὸν μυελὸν ἐκραίνει μέσον κόμης διασπαρέντος αἵματός θ' ὁμοῦ.* Quae quum Brunckio soloecismum continere videretur, in priore tantum versu secutus est Heathium, in altero autem scripsit, *διασπαρέντος αἵματος κόμης θ' ὁμοῦ.* At ferri potuisset Heathii correctio, modo ne *διασπαρέντος*, ut ille volebat, cum *κόμης*, sed cum *αἵματος* coniungeretur, pro *κόμης αἵματός θ' ὁμοῦ διασπαρέντος.* Sed librorum scriptura quum Athenaei auctoritate ita firmata est, ut non temere mutari possit, tum Eustathium quoque testem habet, qui p. 976, 8 (964, 1) affert, *μέσον κρατὸς διασπαρέντος*, et p. 1193, 10 (1263, 26) *κρατὸς διασπαρέντος.* Scholiastes: *διὰ δὲ τῆς κόμης τὸν ἐγκέφαλον ἐκραίνει, κατὰ τὸ μέσον* (ed. Rom. *κατὰ μέρος*) *τῆς κεφαλῆς διασχισθείσης· ὅτι διαιρεθείσης τῆς κεφαλῆς, διὰ τῆς κόμης ἀνεπέμπετο ὁ ἐγκέφαλος σὺν τῷ αἵματι. Κόμης* Heathius vel cum *ἐκραίνει*, vel cum *μυελὸς* coniungi posse putabat. Hoc postremum ineptum videtur. Alterum probant fere interpretes, defenditque Wakefieldius exemplis quibusdam, quorum illud, quod ex Euripidis Theseo scholiastes ad Aristoph. Ran. 476. affert, tentatum a Casaubono ad Athen. p. 136. ita fortasse scribendum: *κάρα τε γάρ σου συγχέων κόμαις ὁμοῦ, ῥάνας τε πέδοσ' ἐγκέφαλον· ὀμμάτων δ' ἄπο αἱμοσταγεῖς πρηστῆρες ὕσονται κάτω.* Neglexit tamen Wakefieldius omnium aptissimum exemplum, quod ex Eurip. Troad. 1173. Sophocleo adiunxit Athenaeus. Ibi de Astyanacte est: *δύστηνε κρατός, ὥς σ' ἔκειρεν ἀθλίως τείχη πατρῷα, Λοξίου πυργώματα, ὃν πόλλ' ἐκήπευσ' ἡ τεκοῦσα βόστρυχον, φιλήμασίν τ' ἔδωκεν, ἔνθεν ἐκγελᾷ ὀστέων ῥαγέντων φόνος, ἵν' αἰσχρὰ μὴ λέγω.* Et his *κόμης* quidem, pro quo Bothius non inepte *κόρσης* coniecit, satis defendi videtur. Maior dubitatio de his est, *αἵματός θ' ὁμοῦ.* Nam non modo caput et sanguis non recte copulantur, quia non sunt partes unius rei, commune quiddam

κρατὸς διασπαρέντος, αἵματός θ᾽ ὁμοῦ.
ἅπας δ᾽ ἀνευφήμησεν οἰμωγῇ λεώς,

---

habentes, sed aliena etiam videri debet haec quidem sanguinis commemoratio, quum caput quidem disiectum caussa sit elisi cerebri, sed non sanguis dispersus. Non puto tamen mutandum aliquid esse, sed negligenter loquutum poetam, minuisse perversitatem illam, quae in verbis est, addito *ὁμοῦ*, quo non adiecto omnino non esset ferenda haec capitis et sanguinis coniunctio. Dicere volebat, elisum esse cerebrum ex vertice crinito, rupto disiectoque medio capite, qua capitis disiectione etiam sanguinem dispersum esse. Haec in pauca contrahens, sanguinem, ut rem secundariam, non per *καί*, sed per *τε*, propriam in hoc genere particulam, additoque *ὁμοῦ*, adnexuit: ex vertice comato elisit cerebrum, medio capite disiecto, simulque sanguine. Erfurdtium, qui hunc locum audacius refinxerat, postea in vulgata acquievisse scio. Non dissimulabo tamen, scholiastam, nisi universe sensum indicare voluit, quum scripsit, *διὰ τῆς κόμης ἀνεπέμπετο ὁ ἐγκέφαλος σὺν τῷ αἵματι*, aliam videri lectionem in libro suo invenisse. Si ita est, talem eam fuisse coniicias, *αἱμάδας θ᾽ ὁμοῦ*. Vsus est Sophocles hac voce in Philocteta, ubi restituenda librorum scriptura, *ὃς τὰν θερμοτάταν αἱμάδα κηκιομέναν ἑλκέων ἐνθήρου ποδὸς ἠπίοισι φύλλοις κατευνάσειεν, εἴ τις ἐμπέσοι*. Schneideri errorem, qui *αἱμάδα* venam interpretatur, recte notavit in Philologo Gailius. Vide Barkeri editionem Thes. Steph. h. v. Significat *αἵματος ῥύσιν*, ut scholiastes explicuit, neque aliter intellexit Eustathius.

780. Libri MSS. fere *ἀνευφώνησεν*, ut editi. Quidam *ἀνεφώνησεν*, ut cod. Par. Apud recen-

τοῦ μὲν νοσοῦντος, τοῦ δὲ διαπεπραγμένου·
κοὐδεὶς ἐτόλμα τἀνδρὸς ἀντίον μολεῖν.
ἐσπᾶτο γὰρ πέδονδε καὶ μετάρσιος,
βοῶν, ἰύζων· ἀμφὶ δ' ἐκτύπουν πέτραι,

---

tiorem scholiastam ἄνευ φωνῆς ἐν. Brunckius restituit veram lectionem ex Hesychio, apud quem ita scriptum est: ἀνευφημήσει, ἀνοιμώξει, κατὰ ἀντίφρασιν. Σοφοκλῆς Τραχινίαις. Legit hoc etiam vetus scholiastes, apud quem ita est: ἀνευφώνησεν. κατὰ τὸ ἐναντίον, ἀντὶ τοῦ ἐστέναξε. Vide Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 15. Nulla vero in verbo ἀνευφημεῖν antiphrasis. Significat enim exclamare εὐφήμει, i. e. clamare, absint male ominata verba.

784. Libri, βοῶν, ἰύζων· ἀμφὶ δ' ἐκτύπουν πέτραι. In Diar. class. XXXIX. p. 199. relata coniectura C. Burneii hoc modo: „Βοῇ Δάκνων, ἰύζων." Apertum est, falsa relata esse. Scilicet Diogenes Laertius X. 137. scribit: αὐτοπαθῶς οὖν φεύγομεν τὴν ἀλγηδόνα: ἵνα καὶ ὁ Ἡρακλῆς, καταβιβρωσκόμενος ὑπὸ τοῦ χιτῶνος, βοῇ δάκνων, ἰύζων· ἀμφὶ δ' ἔστενον πέτραι, Λοκρῶν τ' ὄρειοι πρῶνες Εὐβοίας τ' ἄκρα. Dobraeus in Aristophanicis p. 99. „tres ultimas voces", inquit, has dicens, βοῇ δάκνων, ἰύζων, „non habet ed. princeps, sed supplevit Stephanus et Aldobrandinus e MSS. proculdubio, et agnoscit versio Latina, in edit. certe Sambuci. Feliciter sane Wakefieldius καταβιβρωσκόμενος βοᾷ, λακών, ἰ. modo leviter corrigas λάσκων. Quod et in Laertio et in Sophocle repositurum fuisse auguror Porsonum, si suam notam Adverss. p. 175. retractasset. λοκρῶν τ' Laertii edd. et ἄκρα, sed ἄκραι Sambucus. ἰύξων Aldob." Bene haec emendavit vir doctissimus. Nam Wakefieldii λακὼν vel propterea, quia hic

Λοκρῶν ὄρειοι πρῶνες, Εὐβοίας τ' ἄκραι.
ἐπεὶ δ' ἀπεῖπε, πολλὰ μὲν τάλας χθονὶ
ῥίπτων ἑαυτόν, πολλὰ δ' οἰμωγῇ βοῶν,
τὸ δυςπάρευνον λέκτρον ἐνδατούμενος
σοῦ τῆς ταλαίνης, καὶ τὸν Οἰνέως γάμον
οἷον κατακτήσαιτο λυμαντὴν βίου,
τότ' ἐκ προςέδρου λιγνύος διάστροφον

---

praesens requiritur, ferri non potest. Sophoclis librorum scriptura etsi videri potes ex interpretamentis conflata esse, tamen servanda mihi visa est. Quum enim utraque lectio bona sit, et prouti consideres, altera alteri praeferri mereatur, hunc quoque locum in iis numerandum puto, qui duplicem huius fabulae recensionem prodant.

785. Apud Diogenem *Λοκρῶν τ'*. Omittunt *τ'* libri Sophoclis.

787. Nolui mutare librorum scripturam *ῥίπτων*. Hic tamen aptius foret *ῥιπτῶν*. Vide ad v. 777.

788. Cod. Par. *λέχος*. Affert hunc versum Suidas in v. *ἐνδατούμενος*, ubi cod. Leid. *δυςπάνευνον*. Scholiastes quosdam legere ait *ἐμματτούμενος, ἀντὶ τοῦ μασώμενος*.

791. Scholiastes: *ὅτε ἀπέκαμε κυλιόμενος, τότε ἀνατείνας τὸν ὀφθαλμὸν διὰ τῆς κεχυμένης τοῦ σώματος λιγνύος, εἶδέ με δακρυῤῥοοῦντα. λιγνύος δὲ, τῆς παρακειμένης καὶ περικεχυμένης αὐτὸν φλογώδους νόσου.* Veriora haec videntur, quam quod alius scholiastes scribit: *λιγνὺν δὲ τὴν περικεχυμένην τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἀχλὺν λέγει ἀπὸ τῆς νόσου.* Apte Erfurdtius attulit schol. Nicandri Alex. 52. *λιγνὺς δέ ἐστι κυρίως τὸ καπνῶδες τοῦ πυρός· νῦν δὲ, αὐτὴ ἡ φλόξ·* et Hesychium, *λιγνύς, φλόξ.*

ὀφθαλμὸν ἄρας, εἶδέ μ' ἐν πολλῷ στρατῷ
δακρυῤῥοοῦντα, καί με προςβλέψας, καλεῖ·
ὦ παῖ, πρόςελθε, μὴ φύγῃς τοὐμὸν κακόν,
μηδ' εἴ σε χρὴ θανόντι συνθανεῖν ἐμοί.
ἀλλ' ἆρον ἔξω, καὶ μάλιστα μὲν μέθες
ἐνταῦθ', ὅπου με μή τις ὄψεται βροτῶν·
εἰ δ' οἶκτον ἴσχεις, ἀλλά μ' ἔκ γε τῆςδε γῆς
πόρθμευσον ὡς τάχιστα, μηδ' αὐτοῦ θάνω.
τοσαῦτ' ἐπισκήψαντος, ἐν μέσῳ σκάφει
θέντες σφε, πρὸς γῆν τήνδ' ἐκέλσαμεν μόλις
βρυχώμενον σπασμοῖσι. καί νιν αὐτίκα
ἢ ζῶντ' ἐςόψεσθ', ἢ τεθνηκότ' ἀρτίως.
τοιαῦτα, μῆτερ, πατρὶ βουλεύσασ' ἐμῷ
καὶ δρῶσ' ἐλήφθης, ὧν σε ποίνιμος Δίκη
τίσαιτ', Ἐριννύς τ'. εἰ θέμις δ', ἐπεύχομαι·
θέμις δ', ἐπεί μοι τὴν θέμιν σὺ προὔβαλες,
πάντων ἄριστον ἄνδρα τῶν ἐπὶ χθονὶ

---

792. Apud Suidam, qui in v. πρόςεδρος hunc et praecedentem versum affert, cod. Leid. et edd. vett. ἐν πολλῷ στρατῷ.

793. Cod. Par. ut ante Stephanum legebatur, κάλει.

796. Fortasse με θὲς scripsisse Sophoclem, adnotavit Wakefieldius. Nihil mutandum. *Μέθες* est d e p o n e.

806. Cod. Par. omittit δ'. Heathio et Wakefieldio placebat, εἰ θέμις δή, 'πεύχομαι. Brunckius peius etiam scripsit εἰ θέμις γ', quasi perinde esset, utrum γὲ an μὲν ponatur. Non sollicitanda librorum scriptura. Q u o d s i f a s e s t, inquit, p r e c o r h o c. E s t a u t e m f a s.

807. Ed. Turn. προὔλαβες, commemoratum etiam scholiastae. Respicit Hyllus v. 65. seq.

κτείνασ᾽, ὁποῖον ἄλλον οὐκ ὄψει ποτέ.

ΧΟΡΟΣ.

τί σῖγ᾽ ἀφέρπεις; οὐ κάτοισθ᾽ ὁθούνεκα
ξυνηγορεῖς σιγῶσα τῷ κατηγόρῳ;

ΥΛΛΟΣ.

ἐᾶτ᾽ ἀφέρπειν. οὖρος ὀφθαλμῶν ἐμῶν
αὐτῇ γένοιτ᾽ ἄπωθεν ἑρπούσῃ καλῶς.
ὄγκον γὰρ ἄλλως ὀνόματος τί δεῖ τρέφειν
μητρῷον, ἥτις μηδὲν ὡς τεκοῦσα δρᾷ;
ἀλλ᾽ ἑρπέτω χαίρουσα· τὴν δὲ τέρψιν, ἣν
τῷ ᾽μῷ δίδωσι πατρί, τὴν δ᾽ αὐτὴ λάβοι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἴδ᾽ οἷον, ὦ παῖδες, προσέμιξεν ἄφαρ στρ. α᾽.

---

813. Libri veteres καλῶς. E Turnebi editione manavit καλός, etsi ita etiam in Harl. aliisque codd. esse, ex silentio eorum, qui contulere, colligas. Scholiastes: εἴθε οὖρος καλὸς ἐπιπνεύσοι αὐτῇ ἐπιούσῃ. Hoc postremum verbum consentit cum scriptura cod. Harl. qui v. 813. ἐφέρπεις, et v. 815 ἐφέρπειν habet. Non magni refert, καλὸς legatur, an καλῶς. Sed tamen καλῶς genuinum puto. Quum enim οὖρος iam per se secundum ventum notet, fortius hoc videtur: maxime illa secundo vento a conspectu meo abeat.

814. Hunc versum cum initio sequentis affert Suidas in v. ὄγκος.

817. Vulgo τήνδ᾽. Cod. Harl. ταύτην δ᾽. Vide Buttmannum ad Philoct. 87.

818. Cod. Flor. ad ἴδ᾽ habet ἔθ᾽ suprascriptum. Carmen hoc, si quod aliud Sophoclis, singularia captando indicia praebet nutare iam incipientis

τοὔπος τὸ θεοπρόπον ἡμῖν
τᾶς παλαιφάτου προνοίας,
ὅ τ' ἔλακεν, ὁπότε τελεόμηνος ἐκφέροι
δωδέκατος ἄροτος, ἀναδοχὰν τελεῖν πόνων

---

floris poeseos. Ad h. v. apte attulit Wakefieldius Hesychii, προσμίξας, προσελθών, et Eurip. Or. 1291. Apte idem comparat Homerum Od. ι, 507, ὢ πόποι, ἦ μάλα δή με παλαίφατα θέσφαθ' ἱκάνει.

820. Scholiastes: γράφεται παλαιφοίβου, ἵν' ᾖ, τῆς πάλαι μαντευσαμένης. φοιβᾶσθαι γὰρ τὸ μαντεύεσθαι. Facilius credas, qui ita scripserunt, voluisse τᾶς πάλαι Φοίβου προνοίας. Sed librorum scripturam numeri antistrophici tuentur.

821. Ὅ τ' ἔλακεν, scilicet ὁ θεός, quod latet in θεοπρόπον. Tricliniani male ὅ,ττ'. Ἐκφέροι, παρέλθῃ. Scholiastes. Recte Musgravius comparat Oed. Col. 1424. Cod. Par. λεόμηνος.

822. Tricliniani δωδέκατός τ'. Veteres libri omittunt τ'. Erfurdtius, δωδεκάτους ἀρότους, ad τελεόμηνος intelligi volens σελήνη, quod durum est. Moverat eum versus antistrophicus et adnotatio Hesychii, ἀρότους, ἐνιαυτούς. Σοφοκλῆς Τραχινίαις. Etiam grammaticus in Bekkeri Anecdotis I. p. 446, 6. ἀρότους, τοὺς ἐνιαυτούς. οὕτω Σοφοκλῆς. Sed videntur hi negligentius loquuti, fortasse quod bis in hac fabula ἄροτος, sed utroque loco numero singulari, annum significat, hic et v. 69. Eustathius p. 811, 26. (733, 23.) ἐκ τοῦ ἀρότου, ὅς οὐ μόνον τὸ ἀροτριᾶν ἔργον δηλοῖ, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐνιαυτὸν παρὰ Σοφοκλεῖ. Omnino sincera est librorum scriptura. Sensum vero, in quo haeserunt interpretes, cogitantes de praedictione, cuius v. 164. ss. et alibi mentio fit, recte explicuit Groddeckius, illud monens oraculum intelligendum esse, de quo Apollodorus II. 4, 12.

τῷ Διὸς αὐτόπαιδι. καὶ τάδ' ὀρθῶς
ἔμπεδα κατουρίζει.
πῶς γὰρ ἂν ὁ μὴ λεύσσων

παραγενόμενος δὲ εἰς Δελφοὺς, πυνθάνεται τοῦ θεοῦ, ποῦ κατοικήσει. ἡ δὲ Πυθία τότε πρῶτον Ἡρακλέα αὐτὸν προσηγόρευσε· τὸ δὲ πρῶτον Ἀλκείδης προσηγορεύετο· κατοικεῖν δὲ αὐτὸν εἶπεν ἐν Τίρυνθι, Εὐρυσθεῖ λατρεύοντα ἔτη δώδεκα, καὶ τοὺς ἐπιτασσομένους ἄθλους δώδεκα ἐπιτελεῖν· καὶ οὕτω, ἔφη, τῶν ἄθλων συντελεσθέντων, ἀθάνατον αὐτὸν ἔσεσθαι. Nihil tamen impedit, quin, quae Apollodorus Delphico oraculo tribuit, ea Sophoclem v. 171. ad Dodonaeum oraculum retulisse statuamus. Diversum est enim oraculum a praedictione Herculis. Oraculum exacto duodecimi anni labore liberationem ab aerumnis vaticinatum erat: Hercules, quum Trachinem relinqueret, annum et tres menses, usque dum spatium illud XII. annorum impleretur, reliquum esse sciens, hunc Deianirae laborum suorum terminum fore praedixerat. Vocabulum ἀναδοχὰν male scholiastes ἀνάπαυσιν, ἀνακωχήν, ἄνεσιν interpretatur. Recte viderunt alii, susceptionem intelligendam esse, i. e. finem impositum iri necessitati labores suscipiendi.

823. Grammaticus in Bekkeri Anecd. I. p. 467, 15. αὐτόπαιδα. αὐτὸν τρόπῳ τινὶ παῖδα ὄντα. οὕτω Σοφοκλῆς. Sic etiam Hesychius, sed citatione Sophoclis omissa. Credas haec ad alium locum spectare. Recte scholiastes, γνησίῳ παιδί. Interpp. ad Hesych. et Arnaldum in Var. Coni. p. 414. citavit Schaeferus. Pro καὶ τάδ' codd. Flor. Harl. κατὰ δ'.

824. Τὸ κατουρίζειν ῥῆμα τραγικῶς commemorat Eustath. p. 1452, 46. (Od. 105, 48.)

ἔτι ποτ' ἔτ' ἐπίπονόν γ' ἔχοι
θανὼν λατρείαν;
εἰ γάρ σφε Κενταύρου φονίᾳ νεφέλᾳ ἀντ. α'.

---

826. In edd. vett. et codd. Flor. Harl. plene scriptum *ποτέ* Brunckius post *ἐπίπονον* addidit *γ'*, quod adnotatum video etiam ex cod. Par. sed is quum sit cum ed. Brunckiana collatus, abesse potius a codice illo *γ'* adnotare voluisse videtur Bekkerus. Erfurdtius ordine verborum parum apte mutato *θανὼν ἔχοι*. Mihi praestare videbatur emendatio Brunckii.

827. Recte hic versus non est in libris cum praecedente in unum coniunctus, qui numerus pessimus foret. Moneo hoc eorum caussa, qui hodie in metris tragicorum ita grassantur, ut malis legere discentes pueros, quam istos numeros audire.

828. Vulgo *φονία νεφέλα*, sed vett. edd. et codd. Flor. Harl. *φοινία*. Cod. Par. *κενταύρω φοινίαν νεφέλαν*. Dativum reposuit Brunckius. Et scholiastes: *χρίει δὲ τὸ ἱμάτιον τῷ αἵματι ἡ ἀνάγκη τῆς Δηϊανείρας, ἡ μετὰ δόλου τεχνησαμένη. ἠνάγκασται γὰρ ὑπὸ ζήλου τεχνάσασθαι.* Mira commenti sunt etiam recentiores interpretes. *Φονίᾳ νεφέλᾳ*, quod Wakefieldius rete, Huschkius in Analectis crit. p. 139. vestem textilem nimis artificiose interpretabantur, Erfurdtius recte de morte intelligit: adiicere debebat, sumptum id esse ex Homerico Il. π. 350. Od. δ. 180. *θανάτου μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψεν.* Verba sic construenda, *εἰ γὰρ δολοποιὸς ἀνάγκα χρίει σφε πλευρὰ Κενταύρου φονίᾳ νεφέλᾳ, προςτακέντος ἰοῦ.* Nam si eius latera tingit mortifera Centauri nube dolosa inevitabilis machinatio. *Ἀνάγκη* vim omnem notat, quae evitari non potest. Atqui fatale erat, ut periret, qui

χρίει δολοποιὸς ἀνάγκα
πλευρὰ προςτακέντος ἰοῦ,
ὃν τέκετο θάνατος, ἔτεκε δ' αἰόλος δράκων,
πῶς ὅδ' ἂν ἀέλιον ἕτερον ἢ τανῦν ἴδοι,

---

veneno illo imbueretur. Est autem δολοποιὸς ἀνάγκα non de artificio Deianirae, sed de dolo Centauri intelligendum, qui falsa dixerat Deianirae. Χρίειν non adducor, ut proprie pungere, radere, significare putem, quae Ruhnkenii sententia est ad Tim. p. 104. Respondet proprie Germanico streichen.

830. Vulgo πλευρᾷ. Emendavit Erfurdtius. Male Brunckius commate ante hanc vocem distinxit.

831. Ἔτρεφε δ' Lobeckius ad Ai. p. 327. Iniuria, ut puto, haerent interpretes in verbis τέκετο et ἔτεκε: quae etsi promiscue usurpantur, tamen proprie medii verbi potestas patri magis, quum matri convenit: et sic videtur hic Sophocles distinxisse: quem genuit mors, peperit autem draco.

832. Servandam duxi librorum lectionem. Recte enim Seidlerus de vers. dochm. p. 103. observasse videtur, tragicos interdum primam in ἀέλιος corripuisse, quamquam quae exempla affert, ex iis duo tantum, hoc ipsum, et Euripidis in Med. 1251. aliquod pondus habent. De caeteris vereor ne iusto facilius assentientem habuerit Elmsleium ad illum Medeae locum. Ad Pindarum quod attinet, respondit ei Boeckhius ad Ol. I. init. Comparari potest ἀὴρ prima brevi in Electra v. 87. Quod Seidlerus praeterea dicit, legi posse πῶς ὅδ' ἂν ἕτερον ἀέλιον ἢ τανῦν ἴδοι, non admittendum puto, quum in strophico versu non sit in tertia sede spondeus. Eamdem ob caussam improbanda Bothii mutatio πῶς ἅλιον ὅδ' ἂν ἕτερον. Cod. Harl. omittit ἕτερον.

δεινοτάτῳ μὲν ὕδρας προστετακὼς
φάσματι; μελαγχαίτα δ'
ἄμμιγά νιν αἰκίζει
ὑποφόνια δολόμυθα κέντρ'

---

834. Vocabulo *φάσματι* offensus Wakefieldius *στάγματι* coniecit, sed intellexit tamen *ὕδρας φάσματι* pro hydra ipsa dictum accipi posse. Scholiastae verba ita corrigenda: *προσκεκολλημένος τῷ ἰῷ τῆς ὕδρας. τοῦτο δὲ καθ' ἑαυτό· αἰτιατικὴν γὰρ ἐπιφέρει. Ἄλλως. προσκεκολλημένος τῷ ἰῷ, ἢ τῷ ὀλέθρῳ, παρὰ τὸ πεφάσθαι, τὸ πεφονεῦσθαι. Τῷ ὑφάσματι*, (ita legisse eum vidit Schneiderus in Lexico v. *φάσμα*) *τουτέστι τῷ ἱματίῳ τῷ κεχρισμένῳ τῷ φαρμάκῳ τῆς ὕδρας, τουτέστι τῇ χολῇ. Μελαγχαίτα δ'* edidit cum Brunckio Erfurdtius. Libri recte *τ'*. Cod. Paris. *μελαγχαίτας θ'*. Fortasse hoc correctori debetur, qui quod mox in libris est *Νέσσου θ' ὕπο* intelligi non posse animadverterat.

836. Libri veteres, *αἰκίζει Νέσσου θ' ὕπο φοίνια δολόμυθα*. Cod. Par. *Νέσσου θ' ὑποφοίνια δουλόμυθα*. Tricliniani, *Νέσσου γ' ὕπο δολόμυθα*, omisso *φοίνια*. Brunckius delevit *θ' ὕπο*, et scripsit *φόνια*, quo metra certe non emendantur. Erfurdtius, ut in libro de metris p. 440. iussi, *Νέσσου θ'* omisit, quam vocem ignorare videatur scholiastes Romanus. Non tamen hoc certo colligas ex verbis eius, quae sic interpungi debent: *τοῦ δασυτρίχου. καὶ ἅμα τῷ φάσματι τῆς ὕδρας καὶ τὰ κέντρα τοῦ Νέσσου αἰκίζει αὐτόν. δῆλον. δὲ, ὅτι φόνια τὰ κέντρα τοῦ Νέσσου. λέγει δὲ τὸ αἷμα αὐτοῦ τὸ συμμεμιγμένον τῇ χολῇ τῆς ὕδρας.* Certius ex addita prorsus inutili copula intelligitur *Νέσσου θ'* nihil esse nisi explicationem verborum *μελαγχαίτα τε*. Insolentius sane positum est epitheton sine articulo pro substantivo, more epico-

ἐπιζέσαντα.

---

rum: nec facile hoc indulsisset sibi Sophocles, nisi modo praegressa esset mentio Centauri, ut non ambiguum sit, quem dicat *μελαγχαίτην*. *Δασύστερνον* eum supra vocaverat v. 557. et *μελαγχαίτην Μίμαντα* apte citavit Wakefieldius ex Hesiodi Scuto v. 186. *Ὕπο* adverbialiter dictum hic displicet propter verbum *ἐπιζέσαντα*, quod quodammodo repugnare videtur illi notioni. Quare coniunctim scripsi *ὑποφόνια*. Grammaticus in Bekkeri Anecd. I. p. 313, 5. *ὑποφόνια, τὰ διδόμενα τοῖς οἰκείοις τοῦ βιαίως τελευτήσαντος ὑπὸ τοῦ φονέως ἐπὶ τῷ μὴ ἐξέρχεσθαι τὴν τοῦ φόνου δίκην.* Harpocration p. 338. *ὑποφόνια, τὰ ἐπὶ φόνῳ διδόμενα χρήματα τοῖς οἰκείοις ὑπὸ τοῦ τὴν αἰτίαν ἔχοντος ὅτι ἀνῄρηκεν, [ἵνα μὴ ἐπεξίωσιν] ἐπὶ τῷ μὴ ἐπεξέρχεσθαι, μηδὲ γενέσθαι τὴν τοῦ φόνου δίκην. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Καλλισθένους, καὶ ἐν τῷ κατὰ Φορμισίου· Θεόφραστος νόμων ἕκτῳ καὶ δεκάτῳ.* Invenitur apud Philostratum Imag. p. 877. Vocabulum hoc, quod proprie adiectivum est, pro substantivo non videtur in poesi usurpari potuisse. Quare falleretur, opinor, qui *ὑποφόνια ἐπιζέσαντα* iungeret, ex iisque verbis pendere vellet *δολόμυθα κέντρα.* Nihil vero impedit, vocabulum quod in prosa oratione pro substantivo esse solet, in poesi propria potestate ut adiectivum usurpari. Quamobrem cum *κέντρα* coniungendum puto, ut sit, quod dici poterat *ποίνιμα κέντρα.* Sensus est enim: simulque cruciatur ustus caedem expiantibus aculeis dolosorum commentorum Centauri. Duplicem memorat dolorem Herculis, alterum corporis, ex vi veneni; alterum animi, ex eo, quod caedem Nessi luit dolo, quo is Deianiram deceperat.

ὧν ὅδ' ἁ τλάμων, στρ. β'
ἄοκνον μεγάλαν προςορῶσα δόμοισι βλά-
βαν νέων
ἀϊσσόντων γάμων,
τὰ μὲν οὔτι προςέβαλε, τὰ δ' ἀπ' ἀλλόθρου

---

839. Libri ἄοκνον, pro quo quum in diar. Ienens. 1802. p. 143. scribendum coniecissem ἄοκνος, receperunt id Erfurdtius et Groddeckius. Non debebant facere. Construenda verba sunt hoc modo, ὧν τὰ μὲν οὔτι προςέβαλε, τὰ δὲ, ἀπ' ἀλλόθρου γνώμας μολόντα ὀλεθρίαις συναλλαγαῖς, ἦ που ὀλοὰ στένει. Q u a m d o l o s a m N e s s i o r a t i o n e m m i s e r a i l l a, n o n c u n c t a n t e r m a g n a m a e d i b u s i m m i n e r e p e r n i c i e m v i d e n s, n o v o i n s t a n t e c o n n u b i o, p a r t i m n o n i n t e l l e x i t, p a r t i m a l i u n d e c o g n i t a m f u n e s t a c o n c i l i a t i o n e a u t m u l t u m, o p i n o r, g e m i t, a u t u b e r e s l a c r i m a s e f f u n d i t. Nesso enim fidem habens, non intellexit dolum eius: ab Hyllo autem quum accepit, quomodo, quod amori Herculis retinendo fore putaverat, in perniciem eius verterit, gemere eam coniicit chorus et flere, quod perdiderit Herculem, quem se sibi reconciliaturam speraverat. Caetera in medio posita. Quum enim celerem (id est ἄοκνον) instare sibi afflictionem ex pellice animadverteret, non habuit tempus ad reputandum, quid ex tam ambiguo Nessi dono periculi immineret. Δόμοισι Triclinii recensio. Codd. Par. Flor. Harl. et edd. vett. δόμοις. Deinde νέον cod. Par. et schol. Rom. in quibus scriptum, ν έ ο ν ἀ ϊ σ σ ό ν τ ω ν. νεωστὶ προςβαλλόντων.

841. Ο ὔ τ ι π ρ ο ς έ β α λ ε ν. οὐ συνῆκεν. Scholiastes, recte. vide Dorvill. ad Chaerit. p. 195. (518. ed. Lips.) Libri προςέβαλε, etiam in antistrophico cum scholiasta ν omittentes. Vereor ne praestet addi, ut in Glyconeum hic versus

γνώμας μολόντ᾽ ὀλεθρίαισι συναλλαγαῖς,
ἦ που ὀλοὰ στένει,
ἦ που ἀδινῶν χλωρὰν
τέγγει δακρύων ἄχναν.

---

exeat, quemadmodum qui sequitur. Ἀλλοθρόον, quod in libris est, in ἀλλόθρον mutandum vidit Erfurdtius, nisi quod accentum male posuerat, de quo monuit Schaeferus. In scholiis Romanis scriptum τὰ δ᾽ ἐπ᾽ ἀλλοθρόον. Brunckius, locum plane non intellectum, corrupit scribendo, τὰ μὲν οὔτι προςέβαλ᾽ ἀπ᾽ ἀλλοθρόου γνώμας μολόντ᾽ ὀλεθρίαις ξυναλλαγαῖς, plene post haec verba interpungens, quod fecit etiam Musgravius, quum vulgo comma positum esset. Interpunctionem illam Brunckii servavit Erfurdtius. Vertit autem Brunckius: demens non animadvertit, ab infenso animo profecta haec consilia, ut specie conciliandi amoris maritum perderet.

842. Libri veteres ὀλεθρίαις ξυναλλαγαῖς. Tricliniani ὀλεθρίαισι ξυναλλαγαῖς. Cod. Par. ξὺν ἀλλαγαῖς.

843. Recte libri veteres hic et v. seq. ἦπου. Brunckium sequutus Erfurdtius ἤπου dedit, quod habent scholia Romana. De metro v. Elem. d. metr. p. 235.

844. Cod. Par. hic quoque ὀλοὰ pro ἀδινῶν. Cod. Harl. ἀδινῶς. Eustathius p. 217, 1. (164, 21.) ἰστέον δὲ ὅτι ἐπεὶ τὰ κυρίως θάλλοντα, καὶ ἁπαλά εἰσι, διὰ τοῦτο καὶ τερὲν δάκρυόν που λέγεται τὸ ἁπαλόν. ἐπεὶ δὲ καὶ χλωρά εἰσι τὰ θάλλοντα καὶ ὑγρότητα ἔχει πλείω, διὰ τοῦτο καὶ ὑγρὸν δάκρυον καὶ χλωρὸν ὁ Εὐριπίδης φησί. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Τραχινίαις, χλωρὰν ἀχνὴν δακρύων ἔφη.

ἁ δ' ἐρχομένα
μοῖρα προφαίνει δολίαν
καὶ μεγάλαν ἄταν.
ἔῤῥωγεν παγὰ ἀντ. β'
δακρύων· κέχυται νόσος, ὦ πόποι, οἷον ἀναρσίων
οὔπω Ἡρακλέους

---

846. Scholiastes: ἡ προςδοκωμένη κακομοιρία τοῦ Ἡρακλέους ἐμφαίνει μεγάλην ἑτέραν ἄτην. προςδοκῶσι δὲ ὅτι ἀπολλυμένου Ἡρακλέους αὐτόχειρ ἑαυτῆς γενήσεται. Et ad δολίαν sic: δόλῳ γὰρ αὐτὴν καὶ λάθρα ἀναιρήσει. Longe alienus ab hac sententia fuit poeta. Hoc dicit: sed veniens fatum patefecit dolosam magnamque noxam: i. e. sed evenit, quod in fatis erat, patefactaque est fraus perniciosa Nessi.

849. Recte haec scholiastes de chori lacrimis accipit. Vide ad v. 851.

851. Brunckius in vett. codd. scriptum ait, ἀγακλειτὸν Ἡρακλέα ἀπέμολε. At cod. Paris. et Flor. Harl. cum edd. vett. Ἡρακλέους ἀπέμολε praebent. InHarl. estἀγκαλυτὸν.Edd. Turn.Steph. Ἡρακλέ' ἐπέμολεπάθος οἰκτίσαι. Ita etiam Canterus, nisi quod hic ὥςτ' ante οἰκτίσας inseruit, quem deinde alii sequuti sunt. Si exstant aliqui codices, qui, ut Brunckius refert, Ἡρακλέα habeant, vereor ne illi aut e Triclinii recensione sint, aut hic certe alicuius grammatici emendationem praebeant. Mirasunt, quae in scholiis leguntur: ἔῤῥωγε παγὰ δακρύων· ἀντὶ τοῦ, πάρεστιν ἡμῖν δακρύειν, ὡς ἀπὸ πηγῆς κρουνηδόν. ἐκτέταται γὰρ τὸ κακόν, καὶ πανταχοῦ διαβήσεται ἡ κατὰ τὸν Ἡρακλέα συμφορά. ἀπέμολε πάθος. ἀντὶ τοῦ ἀπομόλοι. οἷον οὐδέποτε ἀπὸ τῶν πολεμίων γένοιτο. ὦ πόποι. φεῦ φεῦ, κακὴ φήμη, γέγονε τῷ Ἡρακλεῖ,

ἀγακλειτὸν ἐπέμολε πάθος οἰκτίσαι.
ἰὼ κελαινὰ λόγχα προμάχου δορός,
ἃ τότε θοὰν νύμφαν

οἷον οὐδέποτε πολεμίοις ἀνοίκτιστον σιωπηθήσεται. τὸ γὰρ οὔπω, ἀντὶ τοῦ οὐχί. ἢ οὕτως· οἷον, κακὴ φήμη, οὐδέποτε ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν συνέβη τῷ Ἡρακλεῖ, τοῦτο ἀπὸ τῶν ἰδίων αὐτῷ γεγένηται. Interpunxi haec ita, ut κακὴ φήμη, quae nihil nisi explicatio verborum ὢ πόποι esse videtur, a caeteris seiungerem. Brunckius utrobique κακὸν φησὶ scripsit. Apertum est, hoc dicere chorum: diffusus est morbus, eheu, quale ne ab hostibus quidem insigne Herculis malum gemendum venit. Itaque servavi Ἡρακλέους, sensu, metro, et antiquis libris iubentibus, sed metri indicio collocavi ante ἀγακλειτόν. Hiatus enim in hoc genere metri in longa syllaba et ante nomen proprium nihil offensionis habet: confer Epitom. doctr. metr. §. 84. Ex Triclinianis vero libris ἐπέμολε recepi. Ἀπομολεῖν ex hoc Sophoclis loco adnotatum in lexico Scapulae: recentiora ignorant. Non magis enim ἀπομολεῖν Graeci, quam Latini avenire dixerunt. Caeterum est hic locus in iis, quos Eustathius respexit p. 806, 54. (727, 8.) quum scripsit, καὶ τὸ οἰκτίζειν δὲ, κείμενον παρὰ Σοφοκλεῖ, παθητικῶς ἡ Ἀτθὶς φράζει.

853. Triclinii recensio, τοῦ προμάχου δορός. Ignorant articulum libri veteres. Κελαινὴν vocat λόγχην propter funestum belli istius eventum. Προμάχου non est προβεβλημένου, ut uni e scholiastis visum, sed notat hastam, quam primores gestant. Id fortasse volebat alius, qui sic scripsit: τὸ προμάχου ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους ληπτέον, οἷον τοῦ πρὸ πάντων μαχομένου. Verte: o atra cuspis primoris hastae.

ἄγαγες ἀπ' αἰπεινᾶς
τάνδ' Οἰχαλίας αἰχμᾷ·
ἁ δ' ἀμφίπολος
Κύπρις ἄναυδος φανερὰ
τῶνδ' ἐφάνη πράκτωρ.

ΧΟΡΟΥ ἡ α'.

Πότερον ἐγὼ μάταιος, ἢ κλύω τινὸς α.
οἴκτου δι' οἴκων ἀρτίως ὁρμωμένου;
τί φημί; β'

---

857. Ἀμφίπολος recte interpretatur scholiastes, ἡ ὑπηρετησαμένη τῷ Ἡρακλεῖ πρὸς τὸν ἔρωτα: adde not. 21. ad Hesych. p. 306. Ἄναυδος in scholiis explicatur per σιωπωμένη. Quum adiectum sit φανερά, videtur celatum amorem Herculis in mente habuisse: administra Venus clandestino amore manifesta apparuit horum effectrix.

859. Cod. Paris. τῶνδε φανεῖσα πράκτωρ, quae est metrici correctio, usitatam choriamborum catalexin requiri existimantis. Versus hic etsi choriambicus videri potest, tamen magis ex more tragoediae est, dochmiacum esse.

862. Edd. vett. τί φημι; Qui scripserunt τί φημί, gravi accentu notare τὶ debebant: non enim quid, sed ecquid significat, idemque est quod λέγω τι; in Oed. R. 1475. Vulgo v. 860 — 867. choro tribuuntur. Quae ego inter tres primas chori puellas distribui, Brunckius eodem modo divisa duobus hemichoriis dederat. Sed facile intelligi potest, totam hanc scenam, quae quadam antistrophica proportione descripta est, ita factam esse, ut singulae deinceps choricae virgines suas partes habeant: quod apprime quadrat in hanc trepidationem, in quam nece Deianirae coniiciuntur. Ac sponte se offe-

ΧΟΡΟΥ ἡ β'.

ἠχεῖ τις οὐκ ἄσημον, ἀλλὰ δυςτυχῆ μεσ.
κωκυτὸν εἴσω· καί τι καινίζει στέγη.

ΧΟΡΟΥ ἡ γ'.

ξύνες δὲ β'.
τήνδ', ὡς ἀήθης καὶ συνωφρυωμένη α'.
χωρεῖ πρὸς ἡμᾶς γραῖα σημανοῦσά τι.

ΤΡΟΦΟΣ.

ὦ παῖδες, ὡς ἄρ' ἡμὶν οὐ σμικρῶν κακῶν γ'.
ἦρξεν τὸ δῶρον, Ἡρακλεῖ τὸ πόμπιμον.

ΧΟΡΟΥ ἡ δ'.

τί δ', ὦ γεραιὰ, καινοποιηθὲν λέγεις; μεσ.

ΤΡΟΦΟΣ.

βέβηκε Δηάνειρα τὴν πανυστάτην γ'.
ὁδῶν ἁπασῶν ἐξ ἀκινήτου ποδός.

---

runt quindecim personarum dicta. Ea ergo numeris puellarum discernenda putavi. Antistrophica litteris in margine indicavi. Continet hoc carmen bis mesodica, primo v. 860—867. hoc modo: α. β'. μεσ. β'. α. deinde v. 868—872. sic: γ'. μεσ. γ'. tum ter epodica, primo v. 873—875. secundo v. 876—884. ubi post tres strophas ex trimetro et dochmio in epodum efflorescit oratio; tertio v. 885—891. ubi idem fit post duas strophas. Atque observare licet, augescente animi motu perturbari iustas personarum vices. Stetisse autem chorum κατὰ ζυγά, facile animadvertet attentus lector.

866. Cod. Harl. omittit ὡς.

867. Cod. Harl. σημαίνουσά τι.

872. Cod. Par. ὁδόν.

ΧΟΡΟΥ ἡ ε'.

οὐ δή ποθ' ὡς θανοῦσα; δ'.

ΤΡΟΦΟΣ.

πάντ' ἀκήκοας.

ΧΟΡΟΥ ἡ ς'.

τέθνηκεν ἡ τάλαινα; δ'

ΤΡΟΦΟΣ.

δεύτερον κλύεις.

ΧΟΡΟΥ ἡ ζ'.

τάλαιν' ὀλεθρία, τίνι τρόπῳ θανεῖν σφε φής; ἐπ.

ΤΡΟΦΟΣ.

σχετλιώτατα πρός γε πρᾶξιν. ἐ.

---

875. Ald. et aliae vett. edd. σφιν. Livineii liber p. σφι. Iunt. sec. et Tricliniani σφε.

876. Scholiastes: σχετλιώτατα. σχετλιώτατα ἦλθε πρὸς τὴν ἀναίρεσιν. τουτέστιν, ὡς ἄν τις ἰδὼν ἢ ἀκούσας σχετλιάσειε τὴν πρᾶξιν. Mirum, unde hic in istud ἦλθε πρὸς τὴν ἀναίρεσιν inciderit, si eamdem, quam nos hodie, lectionem habuit. In ea nihil est quod reprehendas, praeter anapaestum in secundo pede, qui non videtur ferendus esse: vide Elem. doctr. metr. p. 122. seq. Atque etsi facile quum alia, tum σχετλιώτατ' εἴς γε πρᾶξιν coniici possunt, tamen nescio an praestet, ut proxime ad litteras accedens, 'σχετλίῳ τὰ πρός γε πρᾶξιν. Non debilior positivus est superlativo, praesertim si voce in recitando adiuvatur. Omninoque non memini me huius verbi aut comparativum aut superlativum legisse.

878. Libri veteres sub chori persona: τίς θυμὸς

ΧΟΡΟΥ ἡ ἡ.

εἰπὲ τῷ μόρῳ,
γύναι, ξυντρέχει.

ἢ τίνες νόσοι τάνδ' αἰχμὰν βέλεος κακοῦ ξυνεῖλε; πῶς ἐμήσατο πρὸς θανάτῳ θάνατον ἀνύσασα μόνα; Tricliniani libri, quos Brunckius sequutus est, verba τάνδ' αἰχμὰ βέλεος κακοῦ ξυνεῖλε, (sic enim habent) nutrici tribuunt, male, ut vel pronomen ostendit, quod non recte in principio poni potuit. In quo genere valde negligentes videas criticos. Prima lex orationis est, ut regulis grammaticis conveniat; secunda, ut rhetoricis; tertia, in poeta quidem, ut poeticis. Poetica dictio non debet repugnare regulis rhetoricis; rhetorica non grammaticis. Sed plerique, si quid grammaticae non adversatur, rectum putant. At hoc minimum est. Nam ordinem verborum eum, quem rhetoricae leges requirunt, nullo modo potest poeta negligere. Quod si attenderis, hanc esse caussam invenias, cur quae hodie a multis carmina scribuntur, plerumque difficilia sint ad intelligendum. Non sunt enim verba eo ordine, quo debent, collocata. Nutrix si haec diceret, non τάνδε, sed αἰχμὰ vel βέλεος in initio collocare debuisset. Recte haec veteres libri omnia choro tribuunt, modo diversae chori personae distinguantur. Τὶς ante θυμὸς delevi, metro pariter ac sensu iubente. Non enim quae ira, sed irane ad necem sibi inferendam impulerit Deianiram interrogare chorus debet, quia praeter ipsam, nemo est, cui potuerit irasci. Deinde verbum singulare ξυνεῖλε ostendit, continuari orationem eius, quae de ira interrogaverat, illa autem, ἢ τίνες νόσοι, ab alia persona, illam interpellante, inseri. Idque confirmatur eo, quod sic numerus conficitur quindecim personarum chori. Αἰχμὰν mutavi

ΤΡΟΦΟΣ.

αὐτὴν διηΐστωσε. ἐ.

ΧΟΡΟΥ ἡ θ'.

θυμὸς

ΧΟΡΟΥ ἡ ί.

ἤ τίνες
νόσοι;

ΧΟΡΟΥ ἡ θ'.

τάνδ' αἰχμᾷ
βέλεος κακοῦ ξυνεῖλε; ἐ.

ΧΟΡΟΥ ἡ ιά.

πῶς ἐμήσατο
πρὸς θανάτῳ θάνατον
ἀνύσασα μόνα; ἐπ.

ΤΡΟΦΟΣ.

στονόεντος ἐν τομᾷ
σιδάρου.

ΧΟΡΟΥ ἡ ιβ'

ἐπεῖδες, ὦ
ματαία, τάνδ' ὕβριν;
ἐπεῖδον, ὡς δὴ πλησία παραστάτις. ς'.

---

in αἰχμᾷ. Alio spectet necesse est, quod Eustathius p. 243, 9. (184, 10) scribit: ὅθεν ἡ τραγῳδία τολμήσασα, αἰχμὴν βέλεος εἶπε τὴν ὀξύτητα, δι' οὗ Οἰδίπους τετύφλωτο.

880. In scholiis Romanis et Iuntina secunda βέλος est.

ΧΟΡΟΥ ἡ ιγ΄.

τίς ἦν; πῶς; φέρ' εἰπέ.

ΤΡΟΦΟΣ.

αὐτὴ πρὸς αὐτῆς χειροποιεῖται τάδε. ς'.

ΧΟΡΟΥ ἡ ιδ΄.

τί φωνεῖς;

ΤΡΟΦΟΣ.

σαφηνῆ.

ΧΟΡΟΥ ἡ ιε΄.

ἔτεκεν, ἔτεκεν μεγάλαν ἐπ.
ἁ νέορτος ἅδε νύμφα
δόμοισι τοῖσδ' Ἐρινύν.

---

886. Cod. Harl. τί pro τίς. In fine huius versus cod. Paris. addit, τίνα θνμὸν εἶχεν, quae manifesta interpretatio est.

887. Cod. Flor. πρὸς αὐτῆς. Vide supra ad v. 451.

888. Servavi distinctionem personarum, quae in libris est, etsi non contenderim ab Sophocle profectam esse. Quum enim non magnopere hic opus sit illa nutricis responsione, in sequentibus autem verbis desideres ἄρα, videri potest quinta decima chori puella sic respondisse, tacente nutrice, σαφηνῆ ἔτεκεν, et quae sequuntur, ita ut σαφηνῆ cum Ἐρινὺν coniunctum sit.

890. Ald. et Iunt. prima ἀνέορτος, quo pertinet scholiastae adnotatio, ἀνέορτος δέ, ἀντὶ τοῦ ἡ αἰσχρὰ καὶ ἀπρεπής. Sed ineptum hoc, recteque in Iunt. sec. et Brub. aliisque, ἁ νέορτος, quod scholiastes explicat, ἡ νεωστὶ ἐνταῦθα ὁρμήσασα Ἰόλη.

ΤΡΟΦΟΣ.

ἄγαν γε· μᾶλλον δ' εἰ παροῦσα πλησία
ἔλευσσες οἷ' ἔδρασε, κάρτ' ἂν ᾤκτισας.

[ΧΟΡΟΥ ἡ ιέ.

καὶ ταῦτ' ἔτλη χεὶρ γυναικεία κτίσαι;

ΤΡΟΦΟΣ.

δεινῶς γε· πεύσει δ', ὥστε μαρτυρεῖν ἐμοί.]

---

893. Libri veteres ἔλευσσες. Tricliniani ἔλευσας. Tum in Iunt. sec. et Cant. scriptum οἷ, quasi adverbium esset.

894. Libri veteres, καὶ ταῦτ' ἔτλη τὶς χεὶρ γυναικεία κτίσαι. Sic etiam Cant. habetque τὶς etiam scholiastes Romanus. Ed. Sim. Colinaei et schol. Rom. τίς. In edd. Turn. Steph. et aliis omissum τις. Recentiorum edd. quaedam ex correctionibus doctorum χεὶρ ἡ γυναικεία, quod absurdum est. Melius ed. Etonensis a. 1786. ex Heathii coniectura καὶ ταῦτά γ' ἔτλη χεὶρ γυναικεία κτίσαι. Reiskius coniiciebat, καὶ ταῦτ' ἔτ' ἔτλη. Laborat hic locus ex omni parte. Primo τὶς illud, quod veteres libri habent, non videtur dubitari posse quin metricis debeatur. Nam non tantum inutile, sed etiam alienum est, quia feminam, non aliquam feminam fecisse chorus miratur. Deinde, sive additum sit τὶς, sive omissum, quid sibi vult καὶ ταῦτα? Nam quum nutrix dixisset, multo magis miserta esses, si ipsa vidisses quae fecit, nondum scit chorus, quid illa fecerit, ut quaerere potius, quae illa sint, debeat, quam, quod profecto absurdum est, mirari, quod haec quoque fecerit, quae qualia sint nescit. Et tamen hoc dicere chorum, non autem interrogare quid illud tam miserabile fecerit Deianira, responsio nutricis docet. Haec omnia quum sint eius-

ἐπεὶ παρῆλθε δωμάτων εἴσω μόνη,
καὶ παῖδ' ἐν αὐλαῖς εἶδε κοῖλα δέμνια
στορνύνθ', ὅπως ἄψοῤῥον ἀντῴη πατρί,

---

modi, ut neque emendari, neque vero imputari Sophocli possint, alia ratione removenda sunt. Ac possunt removeri facillime, ubi reputaverimus, duarum nos recensionum verba in textu coniuncta habere. Omnia enim plana sunt, si haec, quorum genuinam scripturam Tricliniani libri servarunt, *καὶ ταῦτ' ἔτλη χεὶρ γυναικεία κτίσαι*, quae metro tragicis valde usitato scripta sunt, de quo v. Elem. doctr. metr. p. 252 seq. in altera editione huius fabulae pro v. 889—891. scripta fuisse, iisque subiectum esse v. 895. putabimus; alteram autem editionem pro versibus 894. 895. habuisse v. 889—893. Itaque v. 894. 895. uncis inclusi.

896. Consentiunt libri in *παρῆλθε*, neque idonea caussa est, cur, quod Schaeferus coniecit, *ἐπεὶ γὰρ ἦλθε* scribendum putemus. Qui quem affert locum ex Oed. R. 1241. is videri potest etiam verbum *παρῆλθε* tueri, de quo v. Dorvill. ad Charit. p. 256. (355. ed. Lips.) Graeci, ubi se narraturos aliquid significarunt, narrationem nunc cum particula *γὰρ* incipiunt, nunc etiam sine omni copula, ut Aeschylus in Prom. 199. Non diffiteor tamen, ut vulgata lectio recte se habet versu 895. praegresso, ita aptissimum esse *γάρ*, ubi praecedebant hunc versum versus 892. 893. Caeterum Brunckius more suo *ἔσω*.

897. Scholiastes: *γράφεται κοινά, ἢ τὰ τοῦ θανάτου, ἢ τὰ αὐτῆς καὶ τοῦ Ἡρακλέους*. Vtrumque nemo non videt ineptum esse.

898. Libri veteres *στορνυνθ'* et *ἀντοίη*. Turn. *στρόννυνθ'*, errore typographi, ut videtur, pro *στρώννυνθ'*, quod Triclinianorum est. In iisdem recte *ἀντῴη*. Cod. Par. *ἀντεύη*.

κρύψασ᾽ ἑαυτὴν ἔνθα μή τις εἰσίδοι,
βρυχᾶτο μὲν βωμοῖσι προσπίπτουσ᾽, ὅτι
γένοιτ᾽ ἐρήμη, ῎κλαιε δ᾽ ὀργάνων ὅτου
ψαύσειεν, οἷς ἐχρῆτο δειλαία πάρος·
ἄλλῃ δὲ κἄλλῃ δωμάτων στρωφωμένη,
εἴ του φίλων βλέψειεν οἰκετῶν δέμας,
ἔκλαιεν ἡ δύστηνος εἰσορωμένη,
αὐτὴ τὸν αὑτῆς δαίμον᾽ ἀνακαλουμένη,
καὶ τὰς ἄπαιδας ἐς τὸ λοιπὸν οὐσίας.

---

900. Vulgo βρυχᾶτο sine coronide et mox κλαῖε. Servavi βρυχᾶτο et servandum contendo. Nam quae nuper Elmsleius ad Eurip. Bacch. 1132. adversus ea attulit, quae in Elem. d. m. p. 52. et 121. dixi, non attendit vir doctissimus, quas ipse elisiones statuit, crases esse prorsus insolitas atque inauditas. Alia ratio est in illo v. 913. ἐπεσκιασμένη ᾽φρούρουν, ubi recte signum craseos adiecit Brunckius. Aliqua ex parte etiam ῎κλαιε defendi potest. Pro προσπίπτουσ᾽ in cod. Harl. est προσπτύσσουσ᾽.

901. Cod. Harl. ὅπου.

904. Vulgo εἴ που. Sed cod. Par. et Iunt. secunda, ac Turnebus in corrigendis, εἴ του, quod praeferendum iudicavi. Probavit etiam Porsonus in Adv.

906. Codd. Iunt. secunda et Tricliniani recte αὐτὴ τὸν αὑτῆς. Aldina. et quae hanc sequuntur, αὐτὴ πρὸς αὑτῆς, librario obversantibus his verbis ex v. 897. Deinde δαίμον᾽ ἀνακαλουμένη inde a Turnebo editum. Ald. et quae hanc expresserunt, ac Iunt. sec. δαίμονα καλουμένη. Vnde coniicias δαίμον᾽ ἀγκαλουμένη.

907. Scholiastae: καὶ τὰς ἄπαιδας. ἐπεὶ μηκέτι ἔμελλε παῖδας τίκτειν, ἤτοι σχήσειν. ὅτι τοῦ λοιπου οὐ γενήσονται συνουσίαι πρὸς τὸν Ἡρακλέα εἰς

ἐπεὶ δὲ τῶνδ' ἔληξεν, ἐξαίφνης σφ' ὁρῶ
τὸν Ἡράκλειον θάλαμον εἰσορμωμένην.
κἀγὼ λαθραῖον ὄμμ' ἐπεσκιασμένη
'φρούρουν· ὁρῶ δὲ τὴν γυναῖκα δεμνίοις
τοῖς Ἡρακλείοις στρωτὰ βάλλουσαν φάρη.
ὅπως δ' ἐτέλεσε τοῦτ', ἐπενθοροῦσ' ἄνω

παιδοποιΐαν. Οὐσίας. κοίτας, συνουσίας. Vt postrema plane repugnant usui, ita omnia illa inepta sunt. Quod plerisque visum est, de adempta spe liberos ex Hercule procreandi haec dici, id ineptum esse, quum tot liberis floreat Deianira, recte monuit Musgravius. Nam ut ferri posset, si domum posthac prole carituram doluisse diceretur Deianira, at vocabulum οὐσίαι aperte de possessoribus cogitari iubet, ut hera vel heris destitutas dici opes exspectemus. Quod si quis Sophoclem nimio novandi studio οὐσίας ἄπαιδας facultates dixisse putabit iustis heredibus, qui sunt liberi, destitutas, qui scire potest Deianira, liberos suos ab Iolae progenie nondum nata paternis opibus privatum iri? Quae quum ita sint, vereor, ne Sophocles scripserit verbo in novum, ut solet, significatum deflexo, καὶ τὰς δίπαιδας ἐς τὸ λοιπὸν οὐσίας, et duplicium liberorum in posterum futuram rem paternam, i. e. ex se et Iole susceptorum. Hanc enim, ut v. 553. dixerat, non virginem adductam esse, sed consuevisse iam cum Hercule putabat. Aliter δίπαις θρῆνος, duorum liberorum lamenta, dictum ab Aeschylo Choeph. 332. Apud Hesychium quod legitur, διπάνας, τοὺς διδύμους γεγενημένους, fuerunt qui δίπαιδας corrigendum censerent, recte forsitan.

909. Cod. Par. ἐξορμωμένη.

911. Vulgo φρούρουν sine coronide. V. ad v. 900.

καθέζετ' ἐν μέσοισιν εὐναστηρίοις,
καὶ δακρύων ῥήξασα θερμὰ νάματα,
ἔλεξεν· ὦ λέχη τε καὶ νυμφεῖ' ἐμά,
τὸ λοιπὸν ἤδη χαίρεθ', ὡς ἔμ' οὔποτε
δέξεσθ' ἔτ' ἐν κοίταισι ταῖσδ' εὐνήτριαν.
τοσαῦτα φωνήσασα, συντόνῳ χερὶ
λύει τὸν αὐτῆς πέπλον, ᾧ χρυσήλατος
προὔκειτο μαστῶν περονίς· ἐκ δ' ἐλώπισεν
πλευρὰν ἅπασαν, ὠλένην τ' εὐώνυμον.
κἀγὼ δρομαία βᾶσ', ὅσονπερ ἔσθενον,
τῷ παιδὶ φράζω τῆς τεχνωμένης τάδε.
κἀν ᾧ τὸ κεῖσε δεῦρό τ' ἐξορμώμεθα,
ὁρῶμεν αὐτὴν ἀμφιπλῆγι φασγάνῳ
πλευρὰν ὑφ' ἧπαρ καὶ φρένας πεπληγμένην.

---

913. Pro *ἄνω* cod. Par. *ἅμα*.

916. Rarius *νυμφεῖα* de thalamo dictum, exemplis firmavit Wakefieldius. Hic quidem quum *λέχη* posuerit, nihil impedit quin *λέχη καὶ νυμφεῖα* nihil aliud quam *νυμφικὰ λέχη* esse statuas.

918. Cod. Harl. omittit *ἔτ'*.

920. Wakefieldius probante Erfurdtio *ᾗ*. Schaeferus *οὗ* coniicit. Fateor haec usui convenientiora esse. Non est tamen falsum *ᾧ*.

921. Hesychius: *ἐξελώπισεν· ἐξεσκύλευσεν, ἐξέδυσεν.*

924. Scholiastes: *τῷ Ὕλλῳ, τῷ παιδὶ τῆς τοιαῦτα τολμώσης.* Musgravius, cui assentitur Schaeferus, *τῆς τεχνωμένης* cum *φράζω* construi vult. De sensu facile accedo, modo hunc genitivum cum pronomine *τάδε* potius, quam cum verbo iungi memineris. Nam plena oratio est aut, *φράζω τάδε τῆς αὐτὰ τεχνωμένης*, aut *τῆς τάδε τεχνωμένης φράζω αὐτά.*

ἰδὼν δ᾽ ὁ παῖς ᾤμωξεν. ἔγνω γὰρ τάλας
τοὔργον κατ᾽ ὀργὴν ὡς ἐφάψειεν τόδε,
ὄψ᾽ ἐκδιδαχθεὶς τῶν κατ᾽ οἶκον, οὕνεκα
ἄκουσα πρὸς τοῦ θηρὸς ἔρξειεν τάδε.
κἀνταῦθ᾽ ὁ παῖς δύστηνος οὔτ᾽ ὀδυρμάτων
ἐλείπετ᾽ οὐδέν, ἀμφί νιν γοώμενος,
οὔτ᾽ ἀμφιπίπτων στόμασιν, ἀλλὰ πλευρόθεν
πλευρὰν παρεὶς, ἔκειτο πόλλ᾽ ἀναστένων,
ὥς νιν ματαίως αἰτίᾳ βάλοι κακῇ·
κλαίων ὁθούνεκ᾽ ἐκ δυοῖν ἔσοιθ᾽ ἅμα,
πατρός τ᾽ ἐκείνης τ᾽ ὠρφανισμένος βίου.

---

929. Mirum in modum fallitur Musgravius, ἐφάψειεν pro ἐφάπτοιτο dictum ratus, et vertens reprehenderit. Ita τοὔργον τόδε de nece Herculi allata accipiendum esset. Sensus est: intellexit miser, eam ira, quod Herculem perdidisset, hoc facinus molitam esse, i. e. sese interemisse. Viderat hoc iam scholiastes, qui tamen ὀργὴν ita explicat, ὀργισθεῖσα ἐπὶ τῷ ἠπατῆσθαι παρὰ τοῦ Νέσσου.

933. Ὀδυρμάτων οὐδὲν ἐλείπετο proprie est, non relinquebatur a lamentis, i. e. non desistebat lamentari.

934. Insolentius dixit πλευρόθεν pro πλευρᾷ, sed tamen ut solent Graeci admotionem ad aliquem locum ut remotionem efferre: ut si dicas, a latere Deianirae suum inclinavit latus.

936. Nihil aliud est αἰτίᾳ βάλοι, quam ἐμβάλοι, ut v. 912.

937. Brunckius et Erfurdtius ex cod. B. δυεῖν dederunt.

938. Wakefieldius coniecit βίον, quem si movit illud Euripidis in Alcest. 403. προλιποῦσα δ᾽ ἀμὸν

τοιαῦτα τἀνθάδ' ἐστίν. ὥστ' εἴ τις δύο
ἢ καὶ πλέους τις ἡμέρας λογίζεται,
μάταιός ἐστιν. οὐ γὰρ ἔσθ' ἥ γ' αὔριον,
πρὶν εὖ πάθῃ τις τὴν παροῦσαν ἡμέραν.

ΧΟΡΟΣ.

Πότερ' ἄρα πρότερ' ἐπιστένω, στρ. ά.
πότερα τέλεα περαιτέρω,

βίον ὠρφάνισε τλάμων, revocare poterat, quem ipsum quoque citavit, Lycophron v. 102. eadem structura, ut hic Sophocles, scribens: καὶ τὴν ἄνυμφον πόρτιν ἁρπάσας λύκος, δυοῖν πελειαῖν ὠρφανισμένην γονῆς. Nam si recte se habet βίου, quod ita videtur, sublato, quod Brunckius posuit, commate πατρός τ' ἐκείνης τε βίου coniungenda sunt, ut sensus sit: quod simul a duobus patris matrisque vita privatum iretur. Alcestidis liberos conveniebat ὠρφανισμένους βίου dici, ut tenellos, non Hyllum, qui iam virilem aetatem attigerat. Huic potius, quod parentes vita carerent, erat dolendum.

940. Erfurdtius τὰς ἡμέρας dedit, quod etsi recte dictum esset, tamen non opus est, quum τὶς saepius ita repeti soleat. Vide Porson. Addend. ad Hec. p. 103. ed. Lips. qui propter hanc ipsam repetitionem afferri h. l. ab Eustathio p. 801, 1. (719, 12.) adnotavit.

943. Membr. cod. Harl. Ald. et qui cum hac faciunt, πότερ' ἂν πότερα ἐπιστένω. Iunt. sec. et schol. Rom. πότερ' ἂν πρότερα ἐπιστένω. Codd. Par. Flor. πότερ' ἂν πότερ'. Turn. πότερα πρότερ' ἐπιστένω. Steph. Cant. et quae hanc sequuntur πότερα πότερ' ἂν ἐπιστένω. Brunckius et Erfurdtius, πότερα πρότερ' ἂν ἐπιστένω. At ἂν nec per leges grammaticas ferri potest, et ibi collocatum, ubi

δύςκριτ᾽ ἔμοιγε δυστάνῳ.
τάδε μὲν ἔχομεν ὁρᾶν δόμοις, ἀντ. ά.
τάδε δὲ μελόμεν᾽ ἐπ᾽ ἐλπίσιν·
κοινὰ δ᾽ ἔχειν τε καὶ μέλλειν.
εἴθ᾽ ἀνεμόεσσά τις στρ. β΄.
γένοιτ᾽ ἔπουρος ἑστιῶτις αὔρα,

---

veteres libri habent, metro repugnat, siquidem vix credibile est hunc versum non esse iambicum dimetrum, ut qui sequitur. Quare πότερ᾽ ἄρα πρότερ᾽ ἐπιστένω scripsi. Sic in Aiace v. 1185. chori carmen incipit, τίς ἄρα νέατος;

944. Scholiastes: ποῖα χαλεπώτερα καὶ περαιτέρω δεινότητος. Etiam recentiores haec male intellexerunt. Τέλεα est τελευταῖα. Aeschylus Ag. 1513. τέλεον νεαροῖς ἐπιθύσας. Hoc dicit: utra priora gemam, utra deinceps postrema, misera nescio. Erfurdtius signum interrogandi post περαιτέρω posuit. Ita recta erit interrogatio, quam sequetur responsio. Sed simplicius est, continuari haec omnia, et pendere e verbo δύςκριτα.

947. Cod. Par. τὰ pro τάδε. Μέλλομεν, quae librorum et scholiastae lectio est, Erfurdtius ex mea emendatione, distinctis strophis, (nam primi sex versus antea pro epodo habebantur) in μελόμεν᾽ mutavit. Id autem non tantum metri, sed etiam sententiae caussa faciendum erat. Nihil enim putidius foret, quam illud, κοινὰ δ᾽ ἔχειν τε καὶ μέλλειν, si eadem praecessisset horum verborum distinctio.

948. Cod. Harl. τ᾽ pro δ᾽, omittens τε.

949. Cod. Par. ἔνθ᾽.

950. Erfurdtius scripsit ἄπουρος, ex Oed. R. 194. ubi hae formae variant. Quod libri habent, scholiastes οὔριος interpretatur. At ut ἄπουρος,

ἥτις μ' ἀποικίσειεν ἐκ τόπων, ὅπως
τὸν Διὸς ἄλκιμον γόνον
μὴ ταρβαλέα θάνοιμι
μοῦνον εἰςιδοῖσ' ἄφαρ·
ἐπεὶ ἐν δυςαπαλλάκτοις ὀδύναις
χωρεῖν πρὸ δόμων λέγουσιν

---

ita etiam ἔπουρος non a vento, sed a termino dictum est. Conterminam dicit domesticam auram, i. e. quae in ipso hoc loco exorta eam auferat.

951. Livineii liber p. ἔκτοπον.

952. Codd. Par. Flor. Harl. edd. vett. τὸν Διός. Tricliniani τὸν Ζηνός. Vide ad v. 961.

953. Coniungenda sunt ταρβαλέα θάνοιμι, prae metu moriar.

954. Musgravius et Groddeckius μοῦνον pro adverbio habent, et coniungunt cum εἰςιδοῦσα, alter dumtaxat, alter dummodo interpretans. Non potuit hoc Sophocli in mentem venire, sed μοῦνον dicit, quod mortua est uxor. Ita enim haec procedunt: utra magis gemam, nescio. Deianira mortua est: Herculem morti proximum audimus: quem utinam effugere possim, ne mox solum superstitem videam.

955. In scholiis Romanis scriptum, δυςαπαλλάκτους, δυςιάτους.

956. In cod. Par. desunt v. 956—1080. Membr. edd. vett. Steph. Cant. πρὸ δόμων. Cod. Flor. πρὸ δώμων. Cod. T. πρὸς δῶμα. B. πρὸς δόμων. Turn. πρὸ δῶμα, notato in margine δόμον. Brunckius cum duobus codd. πρὸς δόμον. Scholiastes: χωρεῖν πρὸ δόμων λέγουσι. λέγουσί τι παμμέγεθες κακὸν πλησίον που τῆς οἰκίας χωρεῖν. Etsi fere πρὸ δόμων de iis dicitur, qui ex aedibus prodeunt, tamen nihil impedit, quin etiam de accedentibus ad domum dici pos-

ἄσπετόν τι θαῦμα.
ἄγχου δ' ἄρα κοὐ μακρὰν ἀντ. β'.
προὔκλαιον, ὀξύφωνος ὡς ἀηδών.
ξένων γὰρ ἐξόμιλος ἥδε τις βάσις.
πᾷ δὲ φορεῖ νιν; ὡς φίλου

---

sit. Maior de metro dubitatio est. Sed puto in hoc genere, quod cognatum est Glyconeo, dactyli sedem variare. Exemplum, nisi corruptum est, ex Oed. Col. 512. 523. attuli in Elem. d. m. p. 532.

959. Libri veteres προὔκλαιον. Trieliniani ἔκλαιον. Scholiastes: προὔκλαιον ὀξύφωνος. ἀντὶ τοῦ προκλαίουσιν. ὁ χορὸς αἰσθάνεται τοῦ Ἡρακλέους πλησίον φερομένου, καὶ πλῆθος θρηνούντων ἐπακολουθούντων αὐτῷ. Male, quod docet ἄψοφος βάσις. Brunckius recte ad sensum, sed minus accurate vertit: at vero propinqui mali nec longe dissiti metu iamdudum ploro, canora velut luscinia. Breviter dicit ἀγχοῦ κοὐ μακρὰν pro ἀγχοῦ ὄντα. Propinqua ergo, inquit, nec remota flebam. Videns enim appropinquantem Herculem, quae modo questa esset, iam prope adesse dicit.

960. In fine huius versus addunt codd. et vett. edd. ξένοι, quae videtur παρεπιγραφὴ esse. Ex Harl. ξένοι adnotatum pro ξένων. Ἐξόμιλος non puto esse insueta, ut H. Stephano aliisque placet, sed ut ἐξομιλεῖν est egredi e domo sua in coetum, (Eurip. Iph. Aul. 735. οὐ καλόν, ἐν ὄχλῳ σ' ἐξομιλεῖσθαι στρατοῦ) ita ξένων ἐξόμιλος βάσις est a peregrinis egressa turba.

961. Libri veteres, πᾷ δ' αὖ. Tricliniani πᾶς δ' αὖ. Cod. Harl. πᾷ δ' αὖ φρονεῖ. Recte scholiastes, ποῦ φορεῖ καὶ φέρει αὐτὸν ὁ ὅμιλος; Etsi φορεῖ aliud est, quam φέρει, et ad ipsam

προκηδομένα, βαρεῖαν
ἄψοφον φέρει βάσιν.
αἶ αἶ· ὅδ' ἀναύδατος φέρεται.
τί χρή, θανόντα νιν, ἢ καθ'
ὕπνον ὄντα κρῖναι;

ΥΛΛΟΣ.

Ὦ μοι ἐγὼ σοῦ, πρ.

---

gestationem spectat, tamen πᾷ non est qua ratione, ut quibusdam videtur. Nihil aliud velle videtur chorus, quam, quo eum portant? utrumne hic ante aedes deposituri, an intro in lectum? Malui autem hic αὖ delere, quod satis inutile est, quam in strophico versu cum Triclinio scribere Ζηνός.

964. Vulgo quater αἶ vel αἶ. Male ter Brunckius et Erfurdtius. Bis erat scribendum, et ἄνανδος, quae librorum lectio est, in ἀναύδατος mutandum, quod postremum meo monitu fecit Erfurdtius, afferens Nicandr. Alex. 560 et epigr. ad Suid. in ἀγλωττία. Pro ὅδ' Schaeferus scribi volebat ὁ δ', et v. 1007. ἡ δ'. At nemo v. 1031. τὸ δὲ scribi iussit. Erratum in hoc genere etiam v. 1081. Alia ratio est v. 883. ubi additum adiectivum μιαρά, si ἥδε scripsisset, ἥδε ἡ μιαρὰ dicendum fuisse ostendit. Vidit hoc Seidlerus de verss. dochm. p. 314.

966. Veteres libri πρὸκηδομένα. Iunt. sec. προκηδομέναν, quod habuit scholiastes. Tricliniani προςκηδομέναν. Βαρεῖαν sunt qui gravem, lentum gressum interpretantur. At est id potius de moesto incessu intelligendum. Caeterum scripturae varietates adducant fortasse aliquem, ut coniiciat: πᾶς δὲ φρονεῖ νιν ὡς φίλον προκηδομέναν βραδεῖαν ἄψοφον φέρειν βάσιν.

967. Vulgo ὤ μοι ἐγώ σου hoc et sequente ver-

πάτερ, ὤ μοι ἐγὼ σοῦ μέλεος.
τί πάθω; τί δὲ μήσομαι; οἴμοι.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

σίγα, τέκνον, μὴ κινήσῃς

---

su. Accentum Brunckius correxit. Erfurdtium si fata sivissent iterum edere Trachinias, pleraque, quae in hoc carmine novaverat, improbaturum fuisse non est dubium. Seidlerus, ut ex libro de verss. dochm. p. 194. et 352. et epistola ad Lobeckium, huius Aiaci addita p. 443. s. colligi potest, v. 967—969. proodi loco, v. 970—978. systema, v. 979—988. antisystema, v. 989—1000. pro epodo numerare videtur: quam rationem iniit etiam Passovius, qui de hoc carmine praefatus est Indici lectionum aestivarum Vniv. litter. Vratisl. a. 1820. Ac certum est, v. 974—978. et 984—988. sibi respondere. Non minus certum, ut mihi quidem videtur, etiam illud, v. 993—1000. duo sibi respondentia systemata continere. Si quid praeterea sibi respondit, nihil invenies nisi v. 979—983. et v. 989—992. quae systemata et loco et genere anapaestorum eam suspicionem excitant, sed tamen non sine audaciore verborum quorumdam adiectione in responsionem cogi possunt. Nam versus 970—973. non posse respondere versibus 979—983. vel diversum utrobique anapaestorum genus arguit. Qui caute procedere volet, sic existimabit: quae duae senis et Hylli strophae sibi respondent, proodum habere duorum systematum, unius solutiorum, alterius legitimorum anapaestorum v. 967—969. et 970—973. quae autem sibi respondent Herculis duae strophae, iis proodum praemissam esse ex duobus solutiorum anapaestorum systema-

ἀγρίαν ὀδύνην πατρὸς ὠμόφρονος.
ζῆ γὰρ προπετής. ἀλλ' ἴσχε δακὼν
στόμα σόν.

ΥΛΛΟΣ.

πῶς φῄς, γέρον; ἦ ζῇ;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

οὐ μὴ 'ξεγερεῖς τὸν ὕπνῳ κάτοχον, σύστ. α΄.
κἀκκινήσεις, κἀναστήσεις
φοιτάδα δεινὴν νόσον, ὦ τέκνον.

ΥΛΛΟΣ.

ἀλλ'
ἐπί μοι μελέῳ

---

tis, quorum primum medium est inter illas Hylli et senis strophas, alterum eas sequitur, v. 979—983. et 989—993.

971. Recte scholiastes *ὠμόφρονος* explicat, *ἐκ τῶν ὀδυνῶν ἠγριωμένου*.

972. Erfurdtius ingeniosam Wakefieldii coniecturam *ζεῖ* recepit, ut Hercules proclivis ad iram dicatur. Sed sanam esse librorum scripturam, Hylli verba docent. Scholiastes ita, *προπετής, εἰς τὸν θάνατον προνενευκώς· ἢ παρειμένος εἰς τὴν γῆν πεσών· ἢ ἐπὶ πρόσωπον κοιμώμενος· ἢ καὶ μόνον κείμενος*. Postremum vero proximum. Vivit enim sopitus. Nam hoc dicit, sopitum illum iacere, sed vivere.

973. Male Tricliniani *ὦ γέρον*.

974. Vulgata erat, *οὐ μὴ 'ξεγείρῃς τὸν ὕπνῳ κάτοχον, κἀκκινήσῃς, κἀναστήσῃς*. Emendavit Dawesius in Misc. cr. p. 223. (398. ed. Kidd.)

βάρος ἄπλετον ἐμμέμονε φρήν.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ὦ Ζεῦ, μεσ.
ποῖ γᾶς ἥκω; παρὰ τοῖσι βροτῶν
κεῖμαι πεπονημένος ἀλλήκτοις
ὀδύναις; οἴ μοι ἐγὼ τλάμων·
ἡ δ' αὖ μιαρὰ βρύκει. φεῦ.

---

978. Erfurdtius ἐμμέμονεν pro ἐμμέμονε scripsit. At regula, quae ab euphonia repetita est, propter eamdem est ubi nulla esse debeat. Billerbeckius iungebat ἐπὶ βάρος ἄπλετον. Passovius ἐπί μοι μελέῳ iungi, ut v. 991. et βάρος ἄπλετον nominativum esse volebat. At hoc durum.

982. Brunckius et Erfurdtius contra libros geminarunt μοι. At hoc non esse vulgarium dimetrorum, sed spondiacorum systema, et caesura v. 981. neglecta, et ultimus systematis versus monstrare potuerant.

983. Libri veteres ἦδ'. Recentiores cum Triclinianis ἡ δ'. Vide ad v. 964. Caeterum recte scholiastes νόσος intelligit. Contra Passovius, μιαρὸς tantum de rebus natura quidem puris, sed labi atque inquinationi obnoxiis dici, nec morbos, ut qui ipsi a veteribus μιάσματα habeantur, μιαροὺς vocari posse contendens, Deianiram intelligi vult, et βρύκει interpretatur, facit ut mordear. Non reputavit, μιαρὸς in vulgari sermone pro convicio usurpari, neque aliam, quam exsecrandi vim habere. Talia autem tragici interdum adsciverunt, ubi persona quamvis gravis in tali motu animi esset, in quo solent homines dignitatis suae nonnihil oblivisci. Eiusmodi est οὐκ εἰς ὄλεθρον in Oed. R. 430. indecorum Oedipo, sed condonandum irato; non indecorum servo v. 1146.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ἆρ' ἐξήδης, ὅσον ἦν κέρδος ἀντ. ά.
σιγῇ κεύθειν, καὶ μὴ σκεδάσαι
τῷδ' ἀπὸ κρατὸς βλεφάρων θ' ὕπνον;

ΥΛΛΟΣ.

οὐ
γὰρ ἔχω πῶς ἂν
στέρξαιμι κακὸν τόδε λεύσσων.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ὦ Κηναία κρηπὶς βωμῶν,

---

984. Tricliniani ἐξήδεις.

986. Male Brunckius cum Heathio καὶ βλεφάρων. Libri βλεφάρων θ'. Mox si quem γὰρ in principio versus offendit, videat, quae dixi ad Ai. 965

988. Brunckius ex Valckenarii coniectura ad Hipp. 874. dedit στέξαιμι, quod recepit Erfurdtius. Non opus erat mutari librorum scripturam, quam recte explicat scholiastes, ἀδυνάτως ἔχω καρτερεῖν ἐπὶ τηλικούτῳ κακῷ.

989. Libri ὦ Κηναία 'κρηπὶς' βωμῶν ἱερῶν, οἵαν ἀνθ' οἵων θυμάτων ἐπί μοι μελέῳ χάριν ἠνύσω, nisi quod Tricliniani νῦν post οἵαν inserunt. Brunckius θυμάτων mutavit in θυσιῶν, vocem metro quam rei accommodatiorem, et pro ἠνύσω, ut quod contra indolem linguae dictum sit, scripsit ἤνυσας. Scholiastae: ὦ Κηναία κρηπίς. τὸ ἔδαφος. περιφραστικῶς δέ, ἀντὶ τοῦ ὦ Κήναιον. μέμφεται δὲ τῷ τόπῳ, ὅτι οὐκ ἐπὶ αἰσίοις αὐτῷ γέγονε τὰ ἐκεῖ θύματα. οἵαν οὖν φησὶ χάριν ἀπὸ τῶν θυμάτων διεπράξω. Apparet, scholiastam ἠνύσω tueri. Heindorfius ad Platon. Phaedon. p. 62. reprehendit Brunckium ut immemo-

ἱερῶν οἷαν οἵων ἐπί μοι
μελέῳ χάριν ἠνύσω. ὦ Ζεῦ·

---

rem eorum, quae de verbo ἀνύσασθαι scripsisset ad Eurip. Bacch. 131. conferrique iubet Valcken. ad Adoniaz. 16. At tantum abest, ut istorum ille immemor fuerit, ut potius propter ea ipsa scripserit ἤνυσας. Nam si sensus est, quam mihi pro tantis sacris gratiam retulisti, debuit ita scribi. Itaque ostendere potius debebat Heindorfius, recte hic ἠνύσω dictum esse. Est autem recte dictum: nam semet ipsum Hercules intelligens dicit, o in Cenaeo exstructae arae, quam pro tantis sacris estis in me misero gratiam consequutae: i. e. o magnifica in Cenaeo sacra, quam nacta estis remunerationem mea miseria. Caeterum librorum scripturam corruptam esse, vix dubitari potest. Tantam enim haec speciem anapaestorum habent, ut non videantur aliis, iisque ex parte valde insolentibus numeris interrumpi potuisse. Nemo haesit in verbis βωμῶν ἱερῶν: nam Bothii saevitiam quis numeret? At ut casu factum sit, tragici ut nusquam, quod meminerim, βωμοὺς dicant ἱερούς, hic etiam positura verborum alia est, quam debebat. Sic enim dicendum erat: ὦ Κηναία κρηπὶς ἱερῶν βωμῶν. Quare ego quidem post βωμῶν interpungendum, ἱερῶν autem cum οἵων coniungendum putavi, deletis ἀνθ' et θυμάτων, quorum ἀντὶ non videtur scholiastes habuisse, θυμάτων autem interpretatio est vocabuli ἱερῶν, ut apud scholiasten secundum Aeschyli ad Sept. c. Th. 183. Eadem ratio corrigendi etiam Seidlero in mentem venit.

991. Libri ὦ Ζεῦ sequentibus iungunt. Süvernius haec verba in medio posita putat, et ἔθου

οἵαν μ᾽ ἄρ᾽ ἔθου λώβαν, οἵαν· σύστ. β'.
ἣν μή ποτ᾽ ἐγὼ προσιδεῖν ὁ τάλας
ὤφελον ὄσσοις, τόδ᾽ ἀκήλητον
μανίας ἄνθος καταδερχθείς.
τίς γὰρ ἀοιδός, τίς ὁ χειροτέχνης ἀντ. β'

---

ad κρηπὶς refert. At additum ἄρα indicium facit non ita continuatae orationis.

995. Valckenarius in diatriba de fr. Eur. p. 179. ut solet recondita captare, quum ex satyrica quadam Sophoclis fabula afferatur ἄλυπον ἀνίας ἄνθος de vino dictum, ibi μανίας, hic ἀνίας sibi praeplacere ait. Vtrumque male, hic etiam metro arguente. Deinde libri omnes et scholiastes καταδερχθῆναι. Erfurdtius ex mea emendatione dedit καταδερχθείς. Recepit Groddeckius. Vulgatam defendenti Seidlero in lib. de verss. dochm. p. 352. accedit Passovius. At defendi illa nequit. Ineptus aliquis metricus, ut solent isti, ex paroemiaco versum fecit acatalectum, non cogitans orationem ex ea mutatione prodire non modo Sophocli, sed nulli omnino homini Graeco ignoscendam.

996. Male Erfurdtius delevit articulum. Incipit poeta, ut si dicturus sit, τίς ἀοιδὸς κατακηλήσει, tum mutata structura pergit, τίς ὁ χειροτέχνης ἰατορίας, ὃς κατακηλήσει. Χειροτέχνης non puto, ut volunt, proprie de chirurgo dictum, sed oppositum ἀοιδῷ, qui, non ut ille verbis, sed facto medelam afferat. Est is autem minime omnium palpator magneticus, ut Passovio videbatur, sed vere chirurgus, cuius quomodo ille nullum hic usum esse putet, ego non video. Quidni enim exulceratum veneno corpus illitis medicamentis allevetur, quibus ante omnia vestem, quae membris agglutinata inhaerebat, resolvi opus erat?

997. Harl. et Flor. ἰακτορίας.

ἰατορίας, ὃς τήνδ' ἄτην
χωρὶς Ζηνὸς κατακηλήσει;
θαῦμ' ἂν πόῤῥωθεν ἰδοίμην;
ἒ ἔ, ςϱ. ά
ἐᾶτέ μ', ἐᾶτέ με δύςμορον εὐνάσαι,
ἐᾶθ' ὕστατον εὐνάσαι.

---

998. *Χωρὶς Ζηνός*, non, ut scholiastes, *εἰ μὴ ὁ Ζεὺς βούλοιτο*, sed sic potius, ut ab solo Iove se sanari posse dicat. Monuit Schaeferus ad Dionys. de comp. verb. p. 293.

999. Libri, signo interrogationis in fine praecedentis versus posito, *θαῦμ' ἂν πόῤῥωθεν ἰδοίμην.* Tricliniani *ἰδοίμαν.* Scholiastes: *ἥδιστα ἂν καὶ εἰ μακρόθεν μεταπέμψαιτό τις τὸν θεραπεύσοντα, μεταπεμψαμένων ὑμῶν.* Triclinius: *ἥδιστα ἂν φησὶ θεασαίμην, εἰ μακρόθεν τὸν θεραπεύσοντα μεταπέμψαιτό τις ὑμῶν.* Vide quid possint grammatici. Quod a me aliquando propositum Erfurdtius receperat, *θαῦμ' οὖν πόῤῥωθεν ἰδοίμην*, non magis vitio hunc locum liberat, quam Bothii *θαῦμ' οὐ πόῤῥωθεν ἰδοίμην.* Vna ratio est, qua sine mutatione aptum sensum efficias, si signum interrogandi apponas: miraculumne ex longinquo visurus sum? Id ergo feci.

1000. Antistrophicam huius carminis rationem praeclare indagavit Seidlerus, quem vide ad Eurip. Troad. 175. et de verss. dochm. p. 311 seqq.

1001. Libri veteres *ἐᾶτέ μ', ἐᾶτέ με.* Cod. Flor. omittit *μ'.* Tricliniani semel tantum *ἐᾶτέ μ'.* Primum *ἐᾶτε* disyllabum est. *Εὐνάσαι*, quod in cod. Flor. et scholiis Rom. *εὐνᾶσαι* scriptum, insolentius dixit pro *εὐνάζεσθαι.*

1002. Libri *ἐᾶτέ με δύστανον εὐνάσαι.* Omisit hunc versum Brunckius cum cod. T. Seidlerus scribendum putat *ἐᾶτ' ἐᾶτέ με δύστανον.* Non

.. πᾷ μου ψαύεις; ποῖ κλίνεις; στρ. β'.
ἀπολεῖς μ', ἀπολεῖς.
ἀνατέτροφας ὅ τι καὶ μύσῃ.
ἧπταί μου, τοτοτοῖ. ἥδ' αὖθ' ἕρπει. πόθεν
ἔστ', ὦ

---

puto tragicum hic ἐᾶτε geminaturum fuisse. Sed ἐᾶτέ με δύστανον valde placeret, nisi in antistrophico versu μολὼν vocabulum sibi respondens requireret. Sed bene factum, quod scholiastes ad δύσμορον versu praecedente aliam scripturam adnotavit, ὕστατον. Ea vix dubitari potest quin non ad illam vocem, sed ad δύστανον pertineat. Quare ἐᾶθ' ὕστατον εὐνάσαι scripsi. Non puto autem hunc versum Glyconeum esse, quod genus ab huius carminis conditione alienum videtur, sed ex iambo et dochmio compositum.

1003. Libri πᾷ μου ψαύεις; ποῖ κλίνεις. Wakefieldius dedit ποῖ με κλίνεις, coniiciens etiam ποῦ κατακλίνεις, vel ποῖ καὶ κλίνεις. Seidlerus πᾷ geminari vult. Mihi verisimilius videtur, φεῦ in initio versus excidisse. Quare lacunae signum posui.

1005. Libri ἀντέτροφας. Erfurdtius recte ἀνατέτροφας. Scholiastes: ὅ τι ἂν ἡσυχάσῃ τοῦ κακοῦ τούτου, πάλιν κινήσας ἀνέτρεψας. οἷον ὅ τι ἂν τῶν ὀδυνῶν παύσῃ, τοῦτο διήγειρας.

1006. Edd. vett. et pro varia lectione membranae, ἧπταί μου τοῦτό τοι. ἥδ' αὖθ' ἕρπει. πόθεν ἔστ' ὦ. Pro τοῦτό τοι Harl. et membranae in textu τοτοτοί, quod merito probavit Seidlerus. Tricliniani foede haec interpretamentis interpolata exhibent: ἧπταί μου νόσος. ἣ δ' αὖθ' ἕρπει. ποῦ πόθεν ἔστ' ὦ. Sed ἣ δ' etiam Schaeferus coniecit. Vide ad v. 964. Porro scholiastes: οὐ πρὸς τοὺς φέροντάς φησιν, ἀλλὰ πρὸς πάντας τοὺς

πάντων Ἑλλάνων ἀδικώτατοι ἀνέρες, οὓς δὴ
πολλὰ μὲν ἐν πόντῳ, κατά τε δρία πάντα καθαίρων,
ὠλεκόμαν ὁ τάλας; καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι
οὐ πῦρ, οὐκ ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἀποτρέψει;
ἒ ἔ, ἀντ. ά.
οὐδ' ἀπαράξαι κρᾶτα βίου θέλει

εὐεργετηθέντας ὑπ' αὐτοῦ. ποῦ φησὶν ἄρα ἔστε, ὦ πάντων Ἑλλήνων ἀδικώτατοι, τουτέστιν ἀχαριστότατοι, οὓς ἐγὼ πῇ μὲν κατὰ θάλατταν, πῇ δὲ ἐν γῇ ἔσωζον, καὶ πάντα τόπον καθαίρων ὑπὲρ σωτηρίας ἐκείνων ἐγγὺς θανάτου ἐγενόμην. τὴν δὲ ἐκ τόπου σχέσιν εἶπεν ἀντὶ τῆς ἐν τόπῳ, ὡς σχεδόθεν δέ οἱ ἦλθεν Ἀθήνη, ἀντὶ τοῦ σχεδόν. Facilior foret constructio, si οἷς pro οὓς legeretur. Sed maluit insolentius dicere οὓς καθαίρων, verbo utens magis ad proxime praecedens δρία accommodato, ut infra v. 1050. dicit γαῖαν καθαίρων. Πόθεν non magis, quam alia similia, pro ποῦ dictum, sed semper Graeci, quum permutare talia videntur, aut attractione utuntur, (v. Electr. 137. et Seidlerus ad Iphig. in Taur. 113.) aut aliam habent idoneam rationem. Homeri illud, σχεδόθεν δέ οἱ ἦλθεν Ἀθήνη, proprie est non longe ab eo constitit Minerva. Hic quum dictum est πόθεν ἔστε, sic est intelligendum, unde mihi auxilio adestis? quia nullo ex loco quisquam adest.

1010. Seidlerus dedit οὐδ' ἔγχος, non de industria, ut videtur. Deinde edd. et plerique codd. ἀποτρέψει. B. ἀναστρέψει. T. ἀνστρέψει. Scholiastes: οὐ πῦρ, οὐκ ἔγχος. λείπει, προσαγαγών, ἀπαλλάξει με τοῦ ζῆν. Brunckius edidit ἐπιτρέψει, quod sit admovebit. Mihi videtur ve-

μολὼν τοῦ στυγεροῦ; φεῦ, φεῦ.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ὦ παῖ, τοῦδ' ἀνδρὸς τοὔργον τόδε μεῖζον ἀνή-
κει, μεσ.
ἢ κατ' ἐμὰν ῥώμαν· σὺ δὲ σύλλαβε. σοί τε
γὰρ ὄμμα
ἔμπλεον ἢ δι' ἐμοῦ σώζειν.

---

tus scriptura servari posse, si sic intelligatur: nemone tela sua in me avertet, ab iis scilicet caedibus, quas quisque in aliis facit.

1012. Groddeckius *βίου* pro ipso Hercule dictum putat, citans Casaubonum ad Athen. p. 675. D. qui *βίον* de ipsis viventibus dici ostenderit. Vero de viventibus, quatenus vita, qualis agi solet, intelligitur. At id ab hoc loco alienissimum est. Nihil aliud dicit poeta, quam caput e vita tollere.

1014. Vulgo iunguntur, *ὦ παῖ τοῦδ' ἀνδρός*. At non apparet, quid hoc ad rem conferat. Quare cum Wakefieldio post *ὦ παῖ* distinxi. Posset quis *τοῦδ' ἀνδρὸς* pro *ἐμοῦ* dictum existimare, quamquam sequatur *ἢ κατ' ἐμὰν ῥώμαν*. Sed praestat de Hercule intelligi.

1015. Pro *ῥώμαν* cod. Harl. *ὤμαν*. Schaeferus: „*σοί τε γάρ*. i. e. *καὶ γὰρ σοί*. V. not. ad Dionys. Halic. de compos. verb. p. 409." Nempe ut Latini namque dicunt. *Τε* illud non copulat, sed lenius affirmat quam *τοί*, unde natum est, ut Germanice per ja vel wohl exprimi possit. Non debebat autem Erfurdtius Wakefieldii coniecturam *οἶμα* recipere. Scholiastes: *σὺ γὰρ νέος εἶ, καὶ ὀξύτερόν σοι τὸ ὄμμα πρὸς τὸ σώζειν τὸν πατέρα μᾶλλον ἢ δι' ἐμοῦ*. B. T. *ἔμπλεων*. Non ausim *ἔμπλεον*, quod et a me ipso

ΥΛΛΟΣ.

ψαύω μὲν ἔγωγε·
λαθίπονον δ' ὀδυνᾶν οὔτ' ἔνδοθεν, οὔτε θύραζέ γ'
ἔστι μοι ἐξανύσαι βίοτον. τοιαῦτα νέμει Ζεύς.

---

ipso olim, et a Seidlero de verss. dochm. p. 314. coniecturis tentatum est, labefactare. Videtur, quia plenis nihil deest, pro integro dictum, hoc sensu: tibi plena est atque integra videndi facultas, potius quam ut per me ille servari possit.

1017. Brunckius ex cod. B. οὔτ' ἔνδοθεν οὔτε θύραθεν ἔστι μοι ἐξανύσαι βιότου. Membranae cum edd. οὔτε θύραζ' ἔνεστί μοι. Sed ed. Cant. θύραζε ἔστι μοι. Cod. Flor. οὔτ' ἔνδον οὔτε θύραζ' ἔνεστί μοι. Vt verba vulgo scripta sunt, ἔνδοθεν et θύραζε videri debent cum βιότου constructa esse. Quod quum non praebeat aptum sensum, Wakefieldius ὀδύναν βιότου dolorem vitae interpretatur, quod languidum est et propter collocationem verborum contortum. Groddeckius autem iterum βιότου pro Hercule ipso dictum putat, quod quum eodem redeat, iisdem laborat vitiis. Musgravius vero λαθίπονον ὀδυνᾶν βίοτον scribendum coniecit, quod recipiendum, simulque propius ad librorum lectionem θύραζέ γ' ἔστι scribendum duxi. Aperte enim, quod Musgravius coniecit, a scholiasta confirmatur, qui sic scribit: εἰ τὸ κατασχεῖν αὐτὸν ἴαται, ἰδού, ἐφάπτομαι αὐτοῦ. ἴσθι δὲ, φησίν, ὅτι τὴν λαθίπονον ἴασιν τῶν ὀδυνῶν οὔτε διὰ στόματος, οὔτε ἔξωθεν προςάπτειν δύναμαι. οὐκ οἶδα γάρ. τοιαῦτα γὰρ ἀλγήματα δίδωσιν ὁ Ζεύς. Apparet hunc βίοτον per ἴασιν explicare. Sed illa, οὔτ' ἔνδοθεν οὔτε θύραζε male interpretatus est, quae recte in alio scholio sic exponuntur: οὔτε ἀπ'

ΗΡΑΚΛΗΣ.

παῖ, παῖ, ποῦ πότ' εἶ; στρ. γ'
τᾷδέ με, τᾷδέ με πρόσλαβε κουφίσας.
ἒ ἔ, ἰὼ δαῖμον.
θρώσκει δ' αὖ, θρώσκει δειλαία ἀντ. β'
διολοῦσ' ἡμᾶς
ἀποτίβατος ἀγρία νόσος.
ὦ Παλλάς, τόδε μ' αὖ λωβᾶται. ἰὼ παῖ, . . τὸν
φύσαντ' οἰκτείρας, ἀνεπίφθονον εἴρυσον ἔγχος,
παῖσον ἐμᾶς ὑπὸ κλῃδος· ἀκοῦ δ' ἄχος, ᾧ μ' ἐχόλωσεν

αὐτοῦ, (scribere debebat aut volebat ἀφ' αὑτοῦ) οὔτε ἀπό τινος τῶν ξένων δύναμαι ἐξανύσαι. Apte attulit Wakefieldius Orest. 603. τά τ' ἔνδον εἰσί, τά τε θύραζε δυςτυχεῖς.

1019. Vulgo ὦ παῖ παῖ. Cod. Flor. ὦ παῖ, ὦ παῖ. Seidlerus ὦ παῖ, deleto altero παῖ. Mihi ὦ potius delendum videbatur.

1021. Vulgo bis ἰώ. Alterum delevi cum Seidlero. Nisi quis ἒ ἔ extra versum esse volet.

1025. Vulgo ἰὼ Παλλὰς et ἰὼ παῖ, τὸν φύσαντ'. Erfurdtius ex mea coniectura ἰὼ παῖ, ἰώ, τὸν φύσαντ'. Seidlerus, ἰὼ παῖ, παῖ, τόν. Poterit lacuna etiam ita expleri, ἰώ· σὺ δὲ, παῖ, τόν. Pro τόδε μ' αὖ cod. Flor. τόδ' αὖ.

1026. Ἔγχος gladium dicit, ut in Ai. 658. 908. Vide ad priorem locum Brunckium.

1029. Vulgo ἐχόλωσε, et sic cod. Flor. ἐχόλωσεν Brunckius. Margo Turn. ἐχόλησε.

1028. Erfurdtius τάν, quo non erat opus in versu heroico.

1029. Vulgo, αὔτως, ὧδ' αὔτως, ὥς μ' ὤλεσεν. ὦ Διὸς αὐθαίμων, ὦ γλυκὺς Ἀΐδας. Recte vidit Seidlerus, ultimorum verborum ordinem mutan-

σὰ μάτηρ ἄθεος, ἂν οὐδ᾽ ἐπίδοιμι πεσοῦσαν
αὔτως, ὧδ᾽ αὔτως, ὥς μ᾽ ὤλεσεν. ὦ γλυκὺς
"Αιδας,
ὦ Διὸς αὐθαίμων, ἀντ. γ'.
εὔνασον, εὔνασον ὠκυπέτᾳ μόρῳ
τὸν μέλεον φθίσας.

ΧΟΡΟΣ.

κλύουσ᾽ ἔφριξα τάςδε συμφορὰς, φίλαι,
ἄνακτος, οἵας οἷος ὢν ἐλαύνεται.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ κοὺ λόγῳ κακὰ

---

dum esse. Neque id metrum tantum, sed etiam usus et ipsa talium invocationum natura postulat. Nam vbi in utroque membro est ὦ, prius est illud membrum, in quo nomen inest eius, qui invocatur; posterius, in quo epitheta. Vide Philoct. 1128. 1213. Oed. R. 1297. Oed. Col. 1700.

1031. Libri veteres, εὔνασόν μ᾽, εὔνασον. Seidlerus μ᾽ aut eiiciendum, aut post alterum εὔνασον collocandum censebat, quod fecit Erfurdtius. Omisere Tricliniani. Nam et intelligi facile ex praecedentibus potest, quum praesertim sequatur τὸν μέλεον φθίσας, et metrum e dimetro dactylico in dochmiacum exit, ut apertissime monstrat v. 1012. Deinde Tricliniani ὠκυπέτῃ.

1034. Cod. Harl. et edd. vett. οἵας, recte. Brunckius cum Triclinianis οἵαις.

1035. Haec et quae sequuntur, eleganter vertit Cicero Quaest. Tusc. II. 8. non, ut H. Stephano, Ant. Delrio, I. G. Vossio visum, Attius. Libri καὶ λόγῳ κακά. Cicero quum verterit, o multa dictu gravia, perpessu aspera, Clarkius ad Iliad. α, 395. coniiciebat, ὦ πολλὰ δὴ

καὶ χειρὶ καὶ νώτοισι μοχθήσας ἐγώ·
κοὔπω τοιοῦτον οὔτ᾽ ἄκοιτις ἡ Διὸς
προὔθηκεν, οὔθ᾽ ὁ στυγνὸς Εὐρυσθεὺς ἐμοί,
οἷον τόδ᾽ ἡ δολῶπις Οἰνέως κόρη
καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ἐριννύων
ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον, ᾧ διόλλυμαι.
πλευραῖσι γὰρ προσμαχθὲν, ἐκ μὲν ἐσχάτας
βέβρωκε σάρκας, πνεύμονάς τ᾽, ἀρτηρίας

ἔργῳ τε καὶ λόγῳ κακά, ridicule. Mirum reliquisse criticos Bothio correctionem huius loci, qui recte dedit κοὐ λόγῳ κακά. Vide v. 744.

1036. Cod. Harl. et edd. vett. χειρί, quod revocavi. Brunckius cum Triclinianis χερσί. Davisius, quod Cicero vertat, quae corpore exantlata atque animo pertuli, pro νώτοισι coniiciebat νόοισι vel νόεσσι, quod iure improbat Wesselingius ad Herodot. II. 106. p. 151. Wakefieldius non felicius γνώμαισι. Atlantis aliquando onus subiisse dicitur Hercules.

1041. Ἐριννύων ὑφαντόν, a Furiis textum. Vide Schaeferi Melet. cr. p. 137.

1042. Huc referri potest Hesychii, ἔσχατον, ἐσώτατον.

1043. Cod. Harl. et edd. vett. πλεύμονάς τ᾽. Sed Iunt. sec. πλεύμονός τ᾽, quod Brunckius recepit. Tricliniani, πνεύμονός τ᾽. Non inscite monet Süvernius, πλευμόνων τ᾽ potius scribendum videri, quod plurali tantum uti consueverint Attici. Ego servavi pluralem, auctoritate veterum librorum, sed commate distinxi post copulam. Hic enim recte duo nomina sine copula coniungi potuerunt, cuius generis pauca de multis exempla dedit Seidlerus de verss. dochm. p. 352. quorum tamen quaedam non erant afferenda: vide ad v. 995. Ἀρτηρίας intelligit arteriam asperam, quam etiam ab Hip-

ῥοφεῖ ξυνοικοῦν· ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμά μου
πέπωκεν ἤδη, καὶ διέφθαρμαι δέμας
τὸ πᾶν, ἀφράστῳ τῇδε χειρωθεὶς πέδῃ.
κοὐ ταῦτα λόγχη πεδιάς, οὔθ' ὁ γηγενὴς
στρατὸς Γιγάντων, οὔτε θήρειος βία,
οὔθ' Ἑλλάς, οὔτ' ἄγλωσσος, οὔθ' ὅσην ἐγὼ

---

pocrate numero plurali aliquando vocatam esse observatum est.

1044. Brunckius ξυνοικοῦν, ut cod. Harl. et edd. vett. In Triclinianis est ξυνοικῶν. Χλωρὸν scholiastes interpretatur νέον ἢ νεκρόν. Cicero decolorem vertit. Male. Vivum sanguinem dicit.

1045. Libri veteres πέπτωκεν. Emendate Tricliniani.

1046. Ἀφράστῳ πέδῃ est compede, quae cerni non potest, quam Latine caecam compedem dicas. Et ipse ita Sophocles v. 1094. τυφλὴν ἄτην vocat.

1047. Scholiastes: λόγχη πεδιάς, ἡ ἐν τῷ πεδίῳ βαλλομένη. ἢ ἐπεὶ ἐν τῷ Θεσσαλικῷ πεδίῳ ἐμαχέσατο πρὸς Κενταύρους. Prior interpretatio vera. Recte enim monet Wakefieldius, campestrem hastam dici pugnam cum militum gregariorum copiis. Hostilem dextram vertit Cicero. Porsonus citavit Plutarchum T. II. p. 813. E. apud quem corrupta verba οὐ ταῦτα λόγχης πεδία leguntur: sed videtur aliud quid in iis, quam haec Sophoclea latere.

1048. Scholiastes: θήρειος βία. λέοντος, ὕδρας, Κερβέρου, καὶ τῶν λοιπῶν. Cicero: non biformato impetu Centaurus. Feras belluas dici opinor, in quibus numerantur Centauri.

1049. Ἑλλὰς, scilicet ἀνήρ. Grammaticus in Bekkeri Anecd. I. p. 97, 4. Ἑλλάς, ὁ ἀνήρ. Σοφοκλῆς Αἴαντι Λοκρῷ. Eurip. Phoen. 1547. Vide Brunck. ad El. 682. Philoct. 223. De sequente vocabulo Pollux I. 109. ἄγλωσσον Σοφοκλῆς τὸν

γαῖαν καθαίρων ἱκόμην, ἔδρασέ πω·
γυνὴ δὲ, θῆλυς οὖσα, κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν,

βάρβαρον εἶπε. Cicero: non Graia vis, non barbara ulla immanitas. Ad illa, οὔθ' ὅσην ἐγώ, intelligendum τίς: neque Graecus nec barbarus, neque, quidquid terrarum adii, quisquam. Cicero apertius et plenius: non saeva terris gens relegata ultimis, quas peragrans, undique omnem hic feritatem expuli. Parum apte, si non esset τὶς intelligendum, ad ipsam terram haec verba referrentur, eiusque loca aditu periculosa, ut ignivomos montes, rapida flumina, et quae sunt alia huius generis. De istis οὔτε, οὔτε, quae quod οὐ praecessit, ex Elmsleii sententia οὐδὲ scribi deberent, vide quae ad Eurip. Med. 4. in censura edit. Elmsleianae disputavi in Diar. class. P. XXXVIII. p. 276 seq.

1051. Libri, γυνὴ δὲ, θῆλυς οὖσα, κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν. Scholiastes: λείπει ἔχουσα. Hoc modo nihil non explicari potest. Reiskius, θῆλυν σχοῦσα κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν. Id foret nacta, quod etsi potuisset dici, tamen ἔχουσα potius dicturus fuisset poeta. In ed. Etonensi a. 1786. ex eleganti coniectura Mudgii apud Heathium, γυνὴ δὲ θῆλυς, κοὐκ ἔχουσ' ἀνδρὸς φύσιν. Mihi olim scribendum videbatur φύσις, quod recepit Erfurdtius, qui postea adnotavit, ita iam Valckenarium tacite correxisse ad Herodot. VIII. 58. p. 637. idemque vitium sustulisse Wyttenbachium ad Plat. Phaed. p. 233. in Dion. Chrys. Or. XII. p. 204. A. Satis multa ibi Wyttenbachius exempla attulit, in quibus φύσις alicuius rei pro re ipsa dicitur. Nolui tamen quamvis facilem mutationem admittere, quum Sophocles, qui insolentiora captat, pro eo, quod dici debebat κοὐκ ἀνὴρ φύσιν, per attractionem dixisse videatur κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν. Eodem modo expli-

μόνη με δὴ καθεῖλε φασγάνου δίχα.
ὦ παῖ, γενοῦ μοι παῖς ἐτήτυμος γεγώς,
καὶ μὴ τὸ μητρὸς ὄνομα πρεσβεύσῃς πλέον.
δός μοι χεροῖν σαῖν αὐτὸς ἐξ οἴκου λαβὼν
εἰς χεῖρα τὴν τεκοῦσαν, ὡς εἰδῶ σάφα,
εἰ τοὐμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον ἢ κείνης ὁρῶν
λωβητὸν εἶδος ἐν δίκῃ κακούμενον.
ἴθ', ὦ τέκνον, τόλμησον, οἴκτειρόν τέ με,
πολλοῖσιν οἰκτρόν, ὅςτις ὥςτε παρθένος
βέβρυχα κλαίων. καὶ τόδ' οὐδ' ἂν εἷς ποτὲ
τόνδ' ἄνδρα φαίη πρόσθ' ἰδεῖν δεδρακότα·
ἀλλ' ἀστένακτος αἰὲν ἑσπόμην κακοῖς.

---

candum puto illud in Aiace v. 760. *ὅςτις ἀνθρώπου φυσιν βλαστών*, in quo pro *βλαστὼν* Eustathius p. 415, 15. (314, 30) *γεγὼς* habet.

1053. Hunc et sequentem versum affert Suidas in v. *πρεσβεύεσθε*, ubi cod. Leid. *νή* pro *μή*.

1055. Male Brunckius interpunxit: *δός μοι, χεροῖν σαῖν αὐτὸς ἐξ οἴκου λαβών, ἐς χεῖρα τὴν τεκοῦσαν.* Iunge *δός μοι ἐξ οἴκου εἰς* (ita libri) *χεῖρα. Λαβὼν* nudum additum. Cicero hos quattuor versus in duos contraxit: Huc arripe ad me manibus abstractam piis. Iam cernam, mene an illam potiorem putes.

1058. Verba *ἐν δίκῃ κακούμενον* apertum est de sola Deianira intelligenda esse.

1060. Fortius haec expressit Cicero: gentes nostras flebunt miserias.

1063. Libri *ἑσπόμην*. Id Elmsleius ad Heracl. 634. soloecum esse ratus, *εἱπόμην* scribi vult ex schol. ad Ai. 318. Non video, quid hic soloecismi sit, si *αἰὲν* cum *ἀστένακτος* coniungas. Solet autem iungi vocabulis *α* privativum habentibus

νῦν δ' ἐκ τοιούτου θῆλυς εὕρημαι τάλας.
καὶ νῦν προσελθὼν στῆθι πλησίον πατρός,
σκέψαι δ' ὁποίας ταῦτα συμφορᾶς ὕπο
πέπονθα. δείξω γὰρ τάδ' ἐκ καλυμμάτων.
ἰδού, θεᾶσθε πάντες ἄθλιον δέμας,
ὁρᾶτε τὸν δύστηνον, ὡς οἰκτρῶς ἔχω.
αἶ αἶ, ὦ τάλας,
ἒ ἔ.
ἔθαλψεν ἄτης σπασμὸς ἀρτίως ὅδ' αὖ,
διῆξε πλευρῶν· οὐδ' ἀγύμναστόν μ' ἐᾶν
ἔοικεν ἡ τάλαινα διάβορος νόσος.
ὦ 'ναξ Ἀΐδη, δέξαι μ'·
ὦ Διὸς ἀκτίς, παῖσον.
ἔνσεισον, ὦ 'ναξ, ἐγκατάσκηψον βέλος,
πάτερ, κεραυνοῦ. δαίνυται γὰρ αὖ πάλιν,
ἤνθηκεν, ἐξώρμηκεν. ὦ χέρες, χέρες,

1071. Voculae ἒ ἔ vulgo cum praecedente versu, qui dochmiacus est, coniungebantur. Cicero versus 1072—1077. omisit.

1072. Libri veteres interpunctione post ἀρτίως posita, ὅδ' αὖ, iunctum sequentibus. Brunckius ὁ δ' αὖ cum Triclinianis. At servanda erat vetus scriptura et interpungendum post αὖ. Vide ad v. 964.

1075. Hi versus neque dactylici sunt, ut Brunckius opinabatur, neque in unum dactylicum coniungendi, quod Tricliniani fecerunt, neque in anapaesticos monometrum et dimetrum dividendi, ut ego ad Hecubam p. 77. putabam, sed sunt iambici ischiorrhogici. Valckenarius ludendi quodam pruritu ad Hippol. 1378. trimetrum iambicum finxit, ὦναξ, ἄϊδι δέξαι με, Διὸς ἀκτὶς, πέσον, malum metro, peiorem sensu.

ὦ νῶτα καὶ στέρν', ὦ φίλοι βραχίονες,
ὑμεῖς ἐκεῖνοι δὴ καθέσταθ', οἵ ποτε
Νεμέας ἔνοικον, βουκόλων ἀλάστορα,
λέοντ', ἄπλατον θρέμμα κἀπροσήγορον,
βίᾳ κατειργάσασθε, Λερναίαν θ' ὕδραν,
διφυῆ τ' ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν
θηρῶν, ὑβριστήν, ἄνομον, ὑπέροχον βίαν,
Ἐρυμάνθιόν τε θῆρα, τόν θ' ὑπὸ χθονὸς
Ἅιδου τρίκρανον σκύλακ', ἀπρόσμαχον τέρας,
δεινῆς Ἐχίδνης θρέμμα, τόν τε χρυσέων
δράκοντα μήλων φύλακ' ἐπ' ἐσχάτοις τόποις;
ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην,
κοὐδεὶς τρόπαι' ἔστησε τῶν ἐμῶν χερῶν.
νῦν δ' ὧδ' ἄναρθρος, καὶ κατερρακωμένος,
τυφλῆς ὑπ' ἄτης ἐκπεπόρθημαι τάλας,
ὁ τῆς ἀρίστης μητρὸς ὠνομασμένος,
ὁ τοῦ κατ' ἄστρα Ζηνὸς αὐδηθεὶς γόνος.
ἀλλ' εὖ γέ τοι τόδ' ἴστε, κἂν τὸ μηδὲν ὦ,

1081. Iunt. sec. ὑμεῖς δὲ κεῖνοι δή.

1083. Cod. Par. ἄπλειστον.

1084. Cod. Par. omittit θ'.

1086. Libri ὑπείροχον. Emendarunt ante Brunckium Bentleius, et Clarkius ad Iliad. β. 426. Cod. Par. ὑπείροχον βία. Ac βίᾳ etiam B. T.

1087. Libri veteres et Turn. τόνδ' vel τὸν δ'. Primus H. Stephanus τόν θ'.

1092. Cod. Harl. ἀνέστησε.

1097. Vulgo, κἂν τὸ μηδὲν ὦ, κἂν μηδὲν ἕρπω. Margo Turnebi ἕρπων. Nimirum scholia Romana: κἂν τὸ μηδὲν ὦ, κἂν μηδὲν ἕρπων. ἀντὶ τοῦ, ὦ παρόντες, κἂν μηδὲν ἕρπων, καὶ οὕτως ἔχων, καὶ οὕτω διακείμενος. Ald. ᾧ et ἕρπῳ, quod, si scholia compares, nihil videtur aliud,

κἂν μηδὲν ἕρπων, τήν γε δράσασαν τάδε
χειρώσομαι 'κἀκ τῶνδε. προςμόλοι μόνον,
ἵν' ἐκδιδαχθῇ πᾶσιν ἀγγέλλειν, ὅτι
καὶ ζῶν κακούς γε καὶ θανὼν ἐτισάμην.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ τλῆμον Ἑλλάς, πένθος οἷον εἰςορῶ
ἕξουσαν, ἀνδρὸς τοῦδέ γ' εἰ σφαλήσεται.

ΥΛΛΟΣ.

ἐπεὶ παρέσχες ἀντιφωνῆσαι, πάτερ,
σιγὴν παρασχὼν κλῦθί μου, νοσῶν ὅμως.
αἰτήσομαι γάρ σ', ὧν δίκαια τυγχάνειν.
δός μοι σεαυτὸν, μὴ τοσοῦτον ὡς δάκνῃ
θυμῷ δύςοργος. οὐ γὰρ ἂν γνοίης ἐν οἷς
χαίρειν προθυμῇ, κἂν ὅτοις ἀλγεῖς μάτην.

---

quam *ὢν* et *ἕρπων* esse. Id praetuli, quia coniunctivi hic alieni videntur, quum indicativis potius utendum fuisset, *κεἰ τὸ μηδέν εἰμι, κεἰ μηδὲν ἕρπω*.

1099. Brunckius ex T. et Cant. post *τῶνδε* distinxit. Antea interpungebatur post *χειρώσομαι*. Tum libri veteres *μόνων*. Tricliniani *μόνον*.

1106. *Αἰτήσομαι* spectat ad ea, quae statim versu sequente dicit.

1107. Hunc versum omittunt membranae et cod. Harl. Si etiam praecedentem versum omitterent, vestigium hoc esse diversae recensionis putarem. Caeterum Brunckius ex Mudgii coniectura *τοιοῦτον* edidit, quem sequuti sunt alii. Libri *τοσοῦτον*, quod servandum erat. *Μὴ τοσοῦτον δύςοργος*, inquit, *ὡς θυμῷ δάκνῃ*.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

εἰπὼν ὃ χρήζεις, λῆξον· ὡς ἐγὼ νοσῶν
οὐδὲν ξυνίημ', ὧν σὺ ποικίλλεις πάλαι.

ΥΛΛΟΣ.

τῆς μητρὸς ἥκω τῆς ἐμῆς φράσων ἐν οἷς
νῦν ἐστίν, οἷς θ' ἥμαρτεν οὐχ ἑκουσία.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ὦ παγκάκιστε, καὶ παρεμνήσω γὰρ αὖ
τῆς πατροφόντου μητρός, ὡς κλύειν ἐμέ;

ΥΛΛΟΣ.

ἔχει γὰρ οὕτως, ὥστε μὴ σιγᾶν πρέπειν.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

οὐ δῆτα, τοῖς γε πρόσθεν ἡμαρτημένοις.

ΥΛΛΟΣ.

ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ τοῖς γ' ἐφ' ἡμέραν ἐρεῖς.

1110. Erfurdtius λέξον, quod recepit Groddeckius. Recte libri λῆξον. Est enim haec cruciatibus vexati oratio, qui quam celerrime finiri quae narranda sint, cupit.

1112. Vide ad Vigerum p. 880.

1113. Cod. Harl. ἐν οἷς pro οἷς.

1115. Verba τῆς πατροφόντου μητρὸς ut Euripidis affert Eustathius p. 1428, 21. (71, 8.) sive memoriae lapsu, sive πατροφόνου ματρὸς in Oreste 190. ed. Pors. cum Sophoclis verbis confundens. Vide Schaeferi adnotationem. Attigit etiam Lobeckius ad Ai. p. 275.

1117. Sensus est: immo maxime tacendum de ea, propter illa, quae ante in me peccavit.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

λέγ᾽· εὐλαβοῦ δὲ μὴ φανῇς κακὸς γεγώς.

ΥΛΛΟΣ.

λέγω. τέθνηκεν ἀρτίως νεοσφαγής.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

πρὸς τοῦ; τέρας τοι διὰ κακῶν ἐθέσπισας.

ΥΛΛΟΣ.

αὐτὴ πρὸς αὑτῆς, οὐδενὸς πρὸς ἐκτόπου.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

οἴ μοι· πρὶν, ὡς χρῆν, σφ᾽ ἐξ ἐμῆς θανεῖν χερός;

ΥΛΛΟΣ.

κᾂν σοῦ στραφείη θυμός, εἰ τὸ πᾶν μάθοις.

1121. Erfurdtius comparat Eurip. Hel. 316. πόλλ᾽ ἂν γένοιτο καὶ διὰ ψευδῶν ἔπη. Vnde Groddeckius cum τέρας coniunxit, quasi sit τέρας κακόν. At pertinent haec ad verbum, recteque scholiastes: ἄπιστον γὰρ διὰ δυςφήμων ὥςπερ ἐμαντεύσω. Sic scribendum videtur: nam edd. vett. διαδυςφημῶν. Triclinius et recentiores διὰ δυςφημιῶν.

1122. Scholiastes: οὐδενὸς πρὸς ἐκτόπου. ἀντὶ τοῦ ὑπὸ ἄλλου ξένου. Ne quis putet, ἐντόπου potius scribendum fuisse, quoniam a praesente tamen, non ab absente occidi debuisset, ἔκτοπον ipsi Deianirae opponi tenendum est. Nam in quo loco ipsa est, non est alius: unde quivis alius ἔκτοπος est.

1124. Κᾂν σοῦ Schaeferus scribendum monuit pro vulgato κἄν σου.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

δεινοῦ λόγου κατῆρξας· εἰπὲ δ' ᾗ νοεῖς.

ΥΛΛΟΣ.

ἅπαν τὸ χρῆμ', ἥμαρτε, χρηστὰ μωμένη.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

χρήστ', ὦ κάκιστε, πατέρα σὸν κτείνασα, δρᾷ;

ΥΛΛΟΣ.

στέργημα γὰρ δοκοῦσα προςβαλεῖν σέθεν,
ἀπήμπλαχ', ὡς προςεῖδε τοὺς ἔνδον γάμους.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

καὶ τίς τοσοῦτος φαρμακεὺς Τραχινίων;

ΥΛΛΟΣ.

Νέσσος πάλαι Κένταυρος ἐξέπεισέ νιν
τοιῷδε φίλτρῳ τὸν σὸν ἐκμῆναι πόθον.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἰοὺ ἰοὺ δύστηνος, οἴχομαι τάλας.
ὄλωλ', ὄλωλα, φέγγος οὐκ ἔτ' ἐστί μοι.
οἴ μοι, φρονῶ δὴ ξυμφορᾶς ἵν' ἕσταμεν.
ἴθ', ὦ τέκνον· πατὴρ γὰρ οὐκ ἔτ' ἐστί σοι·

1125. Cod. Par. εἰπὲ δ' εἰ νοεῖς.

1126. Meo monitu Erfurdtius comma posuit post χρῆμ'. Male enim scholiastes, quem sequebantur interpretes: τοῦ ὅλου πράγματος ἥμαρτεν. Hoc potius dicit: r e s t o t a h a e c e s t: p e c c a v i t, d u m h o n e s t a q u a e r e b a t. Deinde libri μνωμένη. Brunckii coniecturam merito recepit Erfurdtius.

κάλει τὸ πᾶν μοι σπέρμα σῶν ὁμαιμόνων,
κάλει δὲ τὴν τάλαιναν Ἀλκμήνην, Διὸς
μάτην ἄκοιτιν, ὡς τελευταίαν ἐμοῦ
φήμην πύθησθε θεσφάτων, ὅσ' οἶδ' ἐγώ.

ΥΛΛΟΣ.

ἀλλ' οὔτε μήτηρ ἐνθάδ'· ἀλλ' ἐπακτίᾳ
Τίρυνθι συμβέβηκεν ὥστ' ἔχειν ἕδραν.
παίδων δὲ, τοὺς μὲν ξυλλαβοῦσ' αὐτὴ τρέφει,
τοὺς δ' ἂν τὸ Θήβης ἄστυ ναίοντας μάθοις·
ἡμεῖς δ', ὅσοι πάρεσμεν, εἴ τι χρὴ, πάτερ,
πράσσειν, κλύοντες ἐξυπηρετήσομεν.

1137. Ὁμαίμονας ex Sophocle, sed incertum an ex h. l. memorat Eustathius p. 780, 30. (691, 27.)

1139. Scholiastes: ἵνα τὴν περὶ τῆς τελευτῆς μου φήμην μάθητε. Non male, quum nihil aliud, quam de exitu suo dicat Hercules.

1142. Schaeferus ad Dionys. Hal. de compos. verb. p. 297 tolli iubet interpunctionem post συμβέβηκεν, mire aberrasse dicens interpretes a vero sensu, quem ipse sic indicat, ἀλλ' ἐν Τίρυνθι τυγχάνει κατοικοῦσα. Non nego, ita haec intelligi posse: sed veri similius puto, veteris cuiusdam historiae fide exquisitius quid dixisse Sophoclem. Bene, mea sententia, Musgravius: „Alcmena cum in exilium ab Eurystheo acta fuerit Diodor. Sic. IV. 33. nec nisi eo concedente redire potuerit, lubens verbum hoc interpreter, pactum initum est: ut constructio sit, συμβέβηκεν ὥστε ἕδραν ἔχειν ἐπακτίᾳ Τίρυνθι.“ Sed vertere debebat, iniit pactum. Contulit se Hercules autem auctore Diodoro cum Alcmena Pheneum Arcadiae, unde, ut idem c. 34. ait, quinto anno post Calydonem concessit. Scholiasten legisse suspiceris ἕδρᾳ, relatum ad ἐπακτίᾳ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

σὺ δ' οὖν ἄκουε τοὔργον· ἐξήκεις δ' ἵνα
φανεῖς ὁποῖος ὢν ἀνὴρ, ἐμὸς καλῇ.
ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι,
πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο,
ἀλλ' ὅςτις Ἅιδου φθίμενος οἰκήτωρ πέλοι.
ὅδ' οὖν ὁ θὴρ Κένταυρος, ὡς τὸ θεῖον ἦν
πρόφαντον, οὕτω ζῶντά μ' ἔκτεινεν θανών.

Certe in scholiis Romanis est: ἀλλ' ἐπάκτια. παραθαλασσία. ἕδρα. διατριβή.

1147. Libri σὺ δ' οὖν, sed cod. Paris. σὺ νῦν. Margo Turnebi δὲ νῦν. Brunckium, qui σὺ γοῦν scripsit, sequutus est Erfurdtius. At γοῦν hic prorsus alienum. Non sollicitanda vulgata. Vide Electr. 891.

1148. Vulgo φανῇς. Quod recte reposuit Brunckius, φανεῖς, confirmat cod. Harl.

1150. Cod. Par. πλεόντων. Erfurdtius duplici praepositione offensus, deleto πρός, scripsit τῶν ἐμπνεόντων. Postea haec adscripsit: „Eurip. Orest. 401. Pors. Aldus habet ἐκ φασμάτων δὲ τάδε νοσεῖς ποίων ὕπο, quo loco utatur forsitan aliquis ad defendendam Sophoclei versus scripturam." Brunckius ὕπο in ἄπο mutavit, θανεῖν ἄπο pro ἀποθανεῖν dici posse ratus. Musgravius et Schaeferus ποτὲ pro ὕπο coniecerunt. Mihi haec sanissima videntur, quum ne abundet quidem praepositio. Sunt enim, quo fortius haec dicerentur, duae locutiones in unam coniunctae, ut si Latine dicas, per vivos a nemine occisum iri, i. e. non occisum iri per vivos, ab nullo eorum. Tetigi hunc locum, sed non explicate, in diss. de ellipsi et pleonasmo p. 202.

1151. Πέλοι Brunckius ex B. Vulgo πέλει.

1153. Cod. Harl. et edd. vett. ἔκτεινεν. Tricli-

φανῶ δ' ἐγὼ τούτοισι συμβαίνοντ' ἴσα
μαντεῖα καινά, τοῖς πάλαι ξυνήγορα,
ἃ τῶν ὀρείων καὶ χαμαικοιτῶν ἐγὼ
Σελλῶν ἐςελθὼν ἄλσος εἰςεγραψάμην,
πρὸς τῆς πατρῴας καὶ πολυγλώσσου δρυός·
ἥ μοι χρόνῳ τῷ ζῶντι καὶ παρόντι νῦν
ἔφασκε μόχθων τῶν ἐφεστώτων ἐμοὶ
λύσιν τελεῖσθαι· κἀδόκουν πράξειν καλῶς.
τὸ δ' ἦν ἄρ' οὐδὲν ἄλλο πλὴν θανεῖν ἐμέ.
τοῖς γὰρ θανοῦσι μόχθος οὐ προςγίγνεται.
ταῦτ' οὖν ἐπειδὴ λαμπρὰ συμβαίνει, τέκνον,
δεῖ σ' αὖ γενέσθαι τῷδε τἀνδρὶ σύμμαχον,
καὶ μὴ 'πιμεῖναι τοὐμὸν ὀξῦναι στόμα,
ἀλλ' αὐτὸν εἰκάθοντα συμπράσσειν, νόμον
κάλλιστον ἐξευρόντα, πειθαρχεῖν πατρί.

---

niani ἔκτανεν. Sic etiam cod. Paris. sed supra scripto ει.

1157. Margo Turnebi Ἑλλῶν προςελθών. Et Ἑλλῶν quidem quosdam scribere scholiastes adnotavit, προςελθὼν autem habet cod. Par. Sequutus Sophocles est Homerum Iliad. π. 234. Memorabilem locum ex Ἠοίαις attulit scholiastes.

1158. Πολύγλωσσον δρῦν ex h. l. memorat Eustathius p. 335, 44. 1057, 42. (254, 16. 1074, 15.)

1162. Hunc et sequentem versum affert Stobaeus Serm. CXX. p. 493. in Grotii Dictis poetarum. Pro τόδ' scribendum esse ex usu τὸ δ' ἦν, vidit Wyttenbachius Bibl. crit. III. 2. p. 11. recepitque Schaeferus.

1165. Σύμμαχον Brunckius ex B. T. Vulgo male ξύμμαχον. In scholiis Victor. ad Iliad. σ. 100. apud Heynium T. VII. p. 798. legitur, δεῖ σου γενέσθαι τῷ δέ γ' ἀνδρὶ σύμμαχον.

ΥΛΛΟΣ.

ἀλλ', ὦ πάτερ, ταρβῶ μὲν εἰς λόγου στάσιν
τοιάνδ' ἐπελθών, πείσομαι δ' ἅ σοι δοκεῖ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἔμβαλλε χεῖρα δεξιὰν πρώτιστά μοι.

ΥΛΛΟΣ.

ὡς πρὸς τί πίστιν τήνδ' ἄγαν ἐπιστρέφεις;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

οὐ θᾶσσον οἴσεις, μηδ' ἀπιστήσεις ἐμοί;

ΥΛΛΟΣ.

ἰδοὺ προτείνω, κοὐδὲν ἀντειρήσεται.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ὄμνυ Διὸς νῦν τοῦ με φύσαντος κάρα.

ΥΛΛΟΣ.

ἦ μὴν τί δράσειν, καὶ τόδ' ἐξειρήσεται;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἦ μὴν ἐμοὶ τὸ λεχθὲν ἔργον ἐκτελεῖν.

1172. Canterus ἄγαν γ'.

1173. Vide ad Ai. 75. Scholiastes: γράφεται, προστήσεις ἐμοί, ἐναντιωθήσῃ. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐν τῇ βρώσει ψωμῶν προσισταμένων. Lectio illa bona, modo προστήσει γ' corrigatur, vide Ai. 1133. sed modus, quo eam explicat scholiastes, perabsurdus est. Videtur ista recentior aliquis Graeculus adiecisse.

1176. Vulgo interpungunt: ἦ μὴν τί δράσειν; καὶ τόδ' ἐξειρήσεται. Hinc factum videtur, ut quidam corrigerent τότ', quod a Turnebo in margine adnotatum, placebat H. Stephano. Mutavi interpunctionem, ut sensus postulabat. Nam hoc

ΥΛΛΟΣ.

ὄμνυμ' ἔγωγε, Ζῆν' ἔχων ἐπώμοτον.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

εἰ δ' ἐκτὸς ἔλθοις, πημονὰς εὔχου λαβεῖν.

ΥΛΛΟΣ.

οὐ μὴ λάβω· δράσω γάρ. εὔχομαι δ' ὅμως.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

οἶσθ' οὖν τὸν Οἴτης Ζηνὸς ὕψιστον πάγον;

ΥΛΛΟΣ.

οἶδ', ὡς θυτήρ γε πολλὰ δὴ σταθεὶς ἄνω.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἐνταῦθά νυν χρὴ τοὐμὸν ἐξάραντά σε
σῶμ' αὐτόχειρα, καὶ ξὺν οἷς χρῄζεις φίλων,
πολλὴν μὲν ὕλην τῆς βαθυῤῥίζου δρυὸς
κείραντα, πολλὸν δ' ἄρσεν' ἐκτεμόνθ' ὁμοῦ

---

dicit: diceturne etiam hoc, quid me facturum iurare debeam?

1178. Cod. Par. ἀπώμοτον. Affert hunc versum Suidas in v. ἐπώμοτον.

1181. Musgravius scribendum putabat Οἴτῃ, quod probare videtur Schaeferus ad Lamberti B. Ellips. p. 697. Miror vero, haerere quemquam in hoc duplici genitivo potuisse, quem satis tuentur alia ad Lambertum allata exempla, quae non magis tentari debebant.

1186. Spanhemii iudicio dignum est, ἄρσενα ἔλαιον dictum esse, ut ἄρσεν ἔλαιον a Callimacho L. P. 29. de oleo, quod virilibus sive athleticis exercitationibus adhiberetur. Immo oleastri mares, non feminae intelliguntur; defendendumque

ἄγριον ἔλαιον, σῶμα τοὐμὸν ἐμβαλεῖν·
καὶ πευκίνης λαβόντα λαμπάδος σέλας,
πρῆσαι. γόου δὲ μηδὲν εἰσίτω δάκρυ,
ἀλλ' ἀστένακτος κἀδάκρυτος, εἴπερ εἶ
τοῦδ' ἀνδρός, ἔρξον· εἰ δὲ μή, μενῶ σ' ἐγὼ,
καὶ νέρθεν ὤν, ἀραῖος εἰσαεὶ βαρύς.

ΥΛΛΟΣ.

οἴμοι πάτερ, τί μ' εἶπας; οἷά μ' εἴργασαι;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ὁποῖα δραστέ' ἐστίν. εἰ δὲ μή, πατρὸς
ἄλλου γενοῦ τού, μηδ' ἐμὸς κληθῇς ἔτι.

ΥΛΛΟΣ.

οἴμοι μάλ' αὖθις, οἷά μ' ἐκκαλῇ, πάτερ,
φονέα γενέσθαι καὶ παλαμναῖον σέθεν;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

οὐ δῆτ' ἔγωγ'· ἀλλ' ὧν ἔχω παιώνιον,

---

potius est Ovidii u r e m a r e s o l e a s Fast. IV. 741. quam probandum, quod ab emendatoribus profectum codices multi habent, m a r i s r o r e m.

1192. Apud Suidam in v. ἀραῖος, qui hunc versum cum parte praecedentis affert, omissum est ὤν.

1193. Membranae, cod. Harl. edd. vett. τίν' εἶπας. Cod. Par. τοῖ'. Tricliniani τί μ', quod praeferendum iudicavi. Cum veterum librorum scriptura quodammodo comparari potest, quod Porsonus in Phoenissis v. 892. reposuit: τίν' οὐ δρῶν, ποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη.

1196. Cod. Harl. ἐκκαλεῖς.

1198. Offendit Musgravium ὧν ἔχω ἐμῶν κακῶν. Quod etsi defendi potest, tamen tollenda

καὶ μοῦνον ἰατῆρα τῶν ἐμῶν κακῶν.

ΥΛΛΟΣ.

καὶ πῶς ὑπαίθων, σῶμ' ἂν ἰῴμην τὸ σόν;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἀλλ' εἰ φοβῇ πρὸς τοῦτο, τἄλλα γ' ἔργασαι.

ΥΛΛΟΣ.

φορᾶς γέ τοι φθόνησις οὐ γενήσεται.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἦ καὶ πυρᾶς πλήρωμα τῆς εἰρημένης;

ΥΛΛΟΣ.

ὅσον γ' ἂν αὐτὸς μὴ ποτιψαύων χεροῖν·
τὰ δ' ἄλλα πράξω, κοὐ καμεῖ τοὐμὸν μέρος.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἀλλ' ἀρκέσει καὶ ταῦτα· πρόςνειμαι δέ μοι
χάριν βραχεῖαν πρὸς μακροῖς ἄλλοις διδούς.

---

tautologia videtur explicando, non mutando. Hoc enim dicere videtur: sed, quo modo possum, lenitorem solumque medicum meorum malorum. Apertius loquutus est in Oed. R. 314. *ἄνδρα δ' ὠφελεῖν ἀφ' ὧν ἔχοι τε καὶ δύναιτο, κάλλιστος πόνων.*

1201. Cod. Harl. omittit *ἀλλ'*. Idem cum vett. libris *τἄλλα γ'*. Tricliniani *τἄλλα μ'*.

1202. Cod. Par. *φθονήσεται.*

1204. Cod. Par. cum Triclinianis *μήποτε ψαύω.* Veram lectionem praebent Harl. cum caeteris vett. libris.

1207. Genere neutro dictum *πρὸς μακροῖς ἄλλοις,* quum proprie feminino debuisset dici, attigit, si quis

ΥΛΛΟΣ.

εἰ καὶ μακρὰ κάρτ᾽ ἐστίν, ἐργασθήσεται.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

τὴν Εὐρυτείαν οἶσθα δῆτα παρθένον.

ΥΛΛΟΣ.

Ἰόλην ἔλεξας, ὥς γ᾽ ἐπεικάζειν ἐμέ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἔγνως. τοσοῦτον δή σ᾽ ἐπισκήπτω, τέκνον.
ταύτην, ἐμοῦ θανόντος, εἴπερ εὐσεβεῖν
βούλει, πατρῴων ὁρκίων μεμνημένος,
πρόςθου δάμαρτα, μηδ᾽ ἀπιστήσῃς πατρί·
μηδ᾽ ἄλλος ἀνδρῶν τοῖς ἐμοῖς πλευροῖς ὁμοῦ
κλιθεῖσαν αὐτὴν ἀντὶ σοῦ λάβοι ποτέ·
ἀλλ᾽ αὐτὸς, ὦ παῖ, τοῦτο κήδευσον λέχος.
πείθου. τὸ γάρ τοι μεγάλα πιστεύσαντ᾽ ἐμοὶ

---

talia curat, Dorvillius ad Charit. p. 571. (549. ed. Lips.)

1210. Libri *ὥςτ᾽ ἐπεικάζειν.* Cod. Par. *ἀπεικάζειν.* Alienum hic est *ὥςτε,* quod in *ὥς γε* mutandum erat. Non praeteriit hoc Schaeferum. Aliquid huius rei senserat Reiskius, qui *ὥςτε γ᾽ εἰκάζειν* coniecit.

1211. De constructione verbi *ἐπισκήπτω* cum accusativo personae vide Erfurdtium in var. lect. Philoctet. 772.

1216. Elmsleius in Addend. ad Oed. R. 903. mavult *λάβῃ,* licet etiam cod. Harl. cum vulgatis *λάβοι* habeat. Quum hoc et optari et vetari potuerit, servandam duxi librorum scripturam.

1218. Libri *πείθου.* Brunckius *πιθοῦ.*

σμικροῖς ἀπιστεῖν, τὴν πάρος συγχεῖ χάριν.

ΥΛΛΟΣ.

οἴμοι, τὸ μὲν νοσοῦντι θυμοῦσθαι, κακόν.
τὸ δ' ὧδ' ὁρᾶν φρονοῦντα, τίς ποτ' ἂν φέροι;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ὡς ἐργασείων οὐδὲν ὧν λέγω, θροεῖς.

ΥΛΛΟΣ.

τίς γάρ ποθ', ἥ μοι μητρὶ μὲν θανεῖν μόνη
μεταίτιος, σοί τ' αὖθις, ὡς ἔχεις, ἔχειν,

1219. Pro πάρος cod. Harl, πάλαι. Deinde Brunckius ξυγχεῖ.

1220. Apud Suidam, qui hunc et seq. versum in οἴμοι affert, et in schol. Rom. legitur τῷ μὲν pro τὸ μέν. Iunt. seq. τιμοῦσθαι. Scholiastes: τὸ θυμοῦσθαι, εἰ μὴ πεισθείην αὐτῷ, καὶ τὸ πείθεσθαι ὧδε φρονοῦντι, δυςχερές. Hinc illum νοσοῦντα legisse coniicit Wakefieldius. Groddeckius, servans νοσοῦντι, mox corrigendum putat, τὸ δ' ὧδε δρᾶν φρονοῦντα, quod sic interpretatur: mente perturbata loquenti irasci velle improbum est: sed mentis compotem, talia mandata exsequentem, quis toleret. Refert autem ὧδε δρᾶν et φρονοῦντα ad Hyllum, quod fieri propter opposita non potest. Nihil mutandum. Scholiastes sensum, non verba videtur explicare voluisse. Est autem sensus hic: aegro irasci, i. e. repugnare mentis non compoti, malum est: sed ita eum videre compotem mentis, quis ferat? Ὧδε eum ὁρᾶν iungendum, adverbium pro adiectivo τοιοῦτον. Similiter supra v. 958.

1224. Erfurdtius adscripsit: „Sine causa Schaefer. Melet. p. 23. corrigit σοὶ δ' αὖθις. Vid. An-

τίς ταῦτ᾽ ἂν, ὅςτις μὴ ᾽ξ ἀλαστόρων νοσοῖ,
ἕλοιτο; κρεῖσσον κἀμέ γ᾽, ὦ πάτερ, θανεῖν,
ἢ τοῖσιν ἐχθίστοισι συνναίειν ὁμοῦ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἀνὴρ ὅδ᾽ ὡς ἔοικεν οὐ νέμειν ἐμοὶ
φθίνοντι μοῖραν· ἀλλά τοι θεῶν ἀρὰ
μενεῖ σ᾽ ἀπιστήσαντα τοῖς ἐμοῖς λόγοις.

ΥΛΛΟΣ.

οἴμοι, τάχ᾽, ὡς ἔοικας ὡς νοσεῖς φράσειν.

---

tig. 165. Et τε recte. Trach. 1013. Aeschyl. Pers. 457. καὶ post μὲν Trach. 689. Aeschyl. S. Th. .. "Recte dicta sunt, quae recte cogitata.

1225. Cod. Par. νοσεῖ.

1226. Cod. Par. αἱροῖτο.

1228. Codd. Harl. Par. et edd. vett. νέμειν. Brunckius νεμεῖν. Tricliniani νέμει γ᾽ ob non intellectam attractionem, qua ὡς ἔοικε νέμειν pro νέμει, ὡς ἔοικε, dicitur. Vide ad Viger. p. 894. In scholiis Romanis οὐ νέμειν γ᾽ ἐμοὶ legitur.

1229. Θεῶν ἀρὰ quum dicit, exsecrationem deorum invocatione factam, ac deinde, quae hanc consequitur, iram deorum vindictamque intelligit.

1231. Libri τάχ᾽ ὡς ἔοικας, ὡς νοσεῖς φράσεις, quam nemo non videt auribus valde ingratam scripturam esse. Scholiastes: ὡς φανερὸς εἶ νοσῶν, οὕτω καὶ χαλεπῶς διαλεγόμενος. Scilicet hic ad φράσεις intelligebat οὕτω. Longe a vero aberravit Billerbeckius, ὡς νοσῶν φράσεις coniiciens, id ut sit μηδὲν ὑγιὲς φράσεις. Recte mentem poetae percepisse Brunckium, qui vertit, cito, ut videtur, morbo te corripi dices, et Herculis responsio, et quae tum dicit Hyllus, docent. Videns enim patrem, fervescente ira in-

ΗΡΑΚΛΗΣ.

σὺ γάρ μ' ἀπ' εὐνασθέντος ἐκκινεῖς κακοῦ.

ΥΛΛΟΣ.

δείλαιος, ὡς ἐς πολλὰ τἀπορεῖν ἔχω.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

οὐ γὰρ δικαιοῖς τοῦ φυτεύσαντος κλύειν.

ΥΛΛΟΣ.

ἀλλ' ἐκδιδαχθῶ δῆτα δυσσεβεῖν, πάτερ;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

οὐ δυσσέβεια, τοὐμὸν εἰ τέρψεις κέαρ.

ΥΛΛΟΣ.

πράσσειν ἄνωγας οὖν με πανδίκως τάδε;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἔγωγε. τούτων μάρτυρας καλῶ θεούς.

---

quietum factum, denuo ingruentem vim veneni sentire. nescit quo se vertat, qui aut, quam abominatur, uxorem ducere debeat, aut patris se revocare cruciatum intelligat. Non putavi tamen illud νοσεῖς φράσεις ferendum esse, quum non dubitandum videatur, quin Sophocles eadem constructione, qua v. 1228. φράσειν scripserit. Id ergo reposui.

1232. Libri ἀπευνασθέντος. Scripsi ἀπ' εὐνασθέντος. Id scholiastes habuit, qui sic scribit: σύ με, φησίν, ἀναταράττεις ἀπὸ τοῦ καταπραϋνθέντος κακοῦ, μὴ πειθόμενος.

1233. Ex cod. Harl. enotatum τὠπορεῖν. Tricliniani libri, ὡς ἐς πολλά γ' ἐπαπορεῖν ἔχω.

ΥΛΛΟΣ.

τοιγὰρ ποιήσω, κοὐκ ἀπώσομαι, τὸ σὸν
θεοῖσι δεικνὺς ἔργον. οὐ γὰρ ἄν ποτε
κακὸς φανείην, σοί γε πιστεύσας, πάτερ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

καλῶς τελευτᾷς, κἀπὶ τοῖσδε τὴν χάριν
ταχεῖαν, ὦ παῖ, πρόσθες· ὡς πρὶν ἐμπεσεῖν
σπαραγμὸν ἤ τιν᾽ οἶστρον, ἐς πυράν με θῇς.
ἄγ᾽ ἐγκονεῖτ᾽, αἴρεσθε. παῦλά τοι κακῶν
αὕτη, τελευτὴ τοῦδε τἀνδρὸς ὑστάτη.

ΥΛΛΟΣ.

ἀλλ᾽ οὐδὲν εἴργει σοὶ τελειοῦσθαι τάδε,
ἐπεὶ κελεύεις κἀξαναγκάζεις, πάτερ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἄγε νῦν, πρὶν τήνδ᾽ ἀνακινῆσαι
νόσον, ὦ ψυχὴ σκληρά, χάλυβος
λιθοκόλλητον στόμιον παρέχουσ᾽,

1246. Nemo non videt, recte a Brunckio comma positum esse post *αὕτη*, quum vulgo nulla ibi esset interpunctio. Male enim scholiastes *αὕτη* cum *τελευτὴ* coniunxit, cuius haec verba sunt: *μόνη γὰρ ἀνάπαυσις, τὸ παραθεῖναί με τῷ πυρί, καὶ τοιαύτῃ τελευτῇ χρήσασθαι.* Immo hoc dicit, haec mihi sola a malis liberatio est, mori.

1249. Non est putandum, ut Musgravio videbatur, *ἀνακινῆσαι* pro *ἀνακινῆσαι ἑαυτὴν* dictum esse, sed semet ipsum alloquens Hercules hoc vult, priusquam diutius morando denuo excites morbum.

1251. Mirum est, cogitare quemquam potuisse

ἀνάπαυε βοὴν, ὡς ἐπίχαρτον

---

de freno gemmis distincto. Rectius scholiastes, sed hic quoque longius repetens: ἑαυτὸν παραθαῤῥύνει, ὥστε μὴ βοᾷν κομιζόμενον εἰς τὴν πυράν. ἄγε οὖν, φησίν, ὦ σκληρὰ ψυχὴ ὡς ἀπὸ Χαλυβικοῦ σιδήρου πεποιημένη, πρὶν τήνδε ἀνακινῆσαι νόσον ἐνδοῦσα τὸ σεαυτοῦ στόμα ἐμφραγῆναι, ὡςανεὶ στόμα φρέατος λίθῳ κεκολλημένου πρὸς τὸ μηκέτι ὕδωρ ἀνιμᾶσθαι. λείπει δὲ τὸ ὡς, ἵν' ᾖ, ὡς ἀπὸ χάλυβος γεγενημένη. ἢ λιθοκόλλητον στόμιον, ἀντὶ τοῦ λίθινον καὶ σκληρὸν χαλινὸν σαυτῇ ἐπιβαλοῦσα. Quaeritur hoc in loco, verba σκληρὰ et χάλυβος utrum ad ψυχή, an ad sequentia pertineant. Per leges grammaticas quum utrumque fieri possit, praeferendum est illud, quod ad sententiam aptissimum est. Atque in eo omnes, ut videtur, consentiunt, σκληρὰ esse cum ψυχῇ coniungendum. Nam o dura anima quum dicit, hoc significat, o quae multa pertulisti. Quod quum graviter dictum sit, minueretur pondus verborum, si nimis augeretur addito etiam χάλυβος. Nam aliud est, quod afferunt, Hesiodi O. et D. 146. ἀδάμαντος ἔχων κρατερόφρονα θυμόν, quoniam ibi quam durus sit animus indicandum erat, hic autem durum dici satis est. Deinde nomen στόμιον natura sua sibi vindicat ferri commemorationem, ut non videatur dubitandum esse, quin χάλυβος λιθοκόλλητον στόμιον παρέχουσα cohaereant, i. e. ferreum exhibens saxorum frenum. Comparatio petita a ferrea compage, qua saxa, ne hiscant, coniunguntur, nec de puteo, ut scholiastae placet, aut ullo certo genere muri, sed de eo, quod ubicumque opus est saxa firmiter contineri, cogitandum est.

1252. Libri, ὡς ἐπίχαρτον τελέως ἀεκούσιον ἔρ-

τελέουσ᾽ ἀεκούσιον ἔργον.

ΥΛΛΟΣ.

αἴρετ᾽, ὀπαδοί, μεγάλην μὲν ἐμοὶ
τούτων θέμενοι συγγνωμοσύνην,
μεγάλην δὲ θεοῖς ἀγνωμοσύνην
εἰδότες ἔργων τῶν πρασσομένων·

γον. Scholiastes: ἀνάπαυσον τὴν βοήν, ὡς εἰς ἐπίχαρτον ἅμα καὶ ἀκούσιον πρᾶγμα χωροῦσα, τὴν πυράν. πῶς δὲ ἐπίχαρτον καὶ ἀκούσιον; ἐπίχαρτον μέν, οτι ἀπαλλάττεται τῆς νόσου· ἀκούσιον δέ, ὅτι λυπεῖ πάντα ἡ ἀποστέρησις τοῦ βίου. παρὰ τό, ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ. Apertum est, hunc τελέουσ᾽ habuisse, quod coniectura assequutus est Billerbeckius, receperunt Groddeckius et Bothius. Erfurdtius dedit τελεοῖς. Sed praestat τελέουσα, quod futuri temporis est, neglecta contractione, ut in anapaestis. Librorum scripturam, τελέως, erit fortasse qui coniiciat ex tali lectione natam esse, ὡς ἐπίχαρτον, τελεῶσαι ἑκούσιον ἔργον, nam suave est, perficere sponte decretum facinus. Ac praeferat hoc fortasse hodie aliquis: sed qualem Sophocles Herculem descripsit, melius convenire videtur alterum. Quamvis enim fortis anima, tamen invita ad Orcum abit, ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ᾽ ἀδροτῆτα καὶ ἥβην.

1254. Nulla personae nota in antiquis edd. et, ut coniicio, codd. certe nulla est in cod. Flor. Hylli nomen recte adscriptum in Triclinianis: agnoscitque scholiastes. Is recte hic: αἴρετ᾽ ὀπαδοί. οὐκ οἰκέταις, ἀλλὰ τοῖς ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ ἐξ Εὐβοίας.

1256. Codd. Harl. Flor. edd. vett. θεῶν. Tricliniani θεοῖς, quod servarunt Brunckius et Erfurdtius. Sensus est: magnam deorum cru-

οἵ φύσαντες, καὶ κληζόμενοι
πατέρες, τοιαῦτ' ἐφορῶσι πάθη.
τὰ μὲν οὖν μέλλοντ' οὐδεὶς ἐφορᾷ·
τὰ δὲ νῦν ἑστῶτ', οἰκτρὰ μὲν ἡμῖν,
    αἰσχρὰ δ' ἐκείνοις,
χαλεπώτατα δ' οὖν ἀνδρῶν πάντων

---

delitatem in his esse rati, quae nunc aguntur. Vide ad v. 471.

1259. Ἐφορῶσι, adspiciunt, ita, ut non remedium afferant. Apertius in Electra v. 824. ποῦ ποτὲ κεραυνοὶ Διός, ἢ ποῦ φαέθων Ἅλιος, εἰ ταῦτ' ἐφορῶντες κρύπτουσιν ἕκηλοι;

1260. Scholiastes: ἐφορᾷ. περιττὴ ἡ πρόθεσις. Satis quidem erat ὁρᾷ, sed in ἐφορᾷ non abundat praepositio. Valde enim diversa sententia est, si ἐφορᾷ, quam si ὁρᾷ dicas. Τὰ μέλλοντα οὐδεὶς ὁρᾷ est, futura nemo videt: i. e. latent futura. Τὰ μέλλοντα οὐδεὶς ἐφορᾷ autem, quia ἐφορᾶν de eo dicitur, qui aliquid totum ex longinquo contuetur, significat, nemo cuncta, quae futura sunt, conspicit. Tanto minus probandum Wakefieldii ἀφορᾷ, quod etiam per se ipsum ab hoc loco alienum est.

1263. Cod. Par. et Iunt. sec. ἁπάντων. In codd. Harl. et Flor. pro πάντων legitur θανάτους, quae scriptura nisi forte aberrantibus librarii oculis ad v. 1266. debetur, eleganter ad hunc modum corrigi potest: χαλεπώτατα δ' οὖν ἀνδρῶν, θανάτου τῷ τήνδ' ἄτην ὑπέχοντι. Ita Euripides in Ione v. 1240. θανάτου λεύσιμον ἄταν dixit.

1265. Brunckii membranae et edd. vett. personae notam habent Χορὸς ἢ Ὕλλος. Tricliniani Χορός. Scholiastes: ταῦτα λέγει ὁ Χορὸς ἢ ὁ Ὕλλος. ἔοικε γὰρ ὁ Ὕλλος ἀποστραφεὶς ταῖς ἀπὸ

τῷ τήνδ' ἄτην ὑπέχοντι.

τοῦ χοροῦ λέγειν, τοῦ μὴ ἀπολιμπάνεσθαι τῶν οἴκων, ἕως ἂν ἐπέλθωσιν ἀπὸ τῆς πυρᾶς. Scilicet quum libri habeant ἀπ' οἴκων, putavit hic Hyllum choro mandare, ne aedes relinquat. At hoc ineptum est. Aliud scholion: ἀπ' οἴκων. γράφεται ἐπ' οἴκων. τουτέστι, μηδὲ ὑμεῖς περιλείπεσθε ἐνταῦθα, ἀλλ' ἀκολουθήσατε. Triclinius: αἱ τοῦ χοροῦ πρὸς ἑαυτὰς τοῦτο φασί· μηδὲ ὑμεῖς περιλείπεσθε ἐνταῦθα ἐπὶ τῶν οἴκων, ἀλλ' ἀκολουθήσατε. Anapaestos choricos recitare, coryphaei est. Quod si haec sunt verba chori, cui in editis libris tribuuntur, non tantum insolenter, sed etiam inepte singulari numero uteretur coryphaeus. Nam qui chorum alloquentes singularem usurpant, coryphaeum dicunt, quem, quia dux chori est, recte pro toto choro appellari licet. Coryphaeus ipse autem ubi chorum alloquitur, quem tandem ita, nisi unum aliquem ex choro, non totum chorum, appellet? Nisi forte semet ipsum. At id vehementiori tantum animorum commotioni convenit, qualis Herculis est v. 1249. non tali loco, qualis hic est, ubi satius erat dici, eamus nos quoque. Itaque nihil reliquum foret, si haec chori verba essent, quam ut eum Iolen compellare credamus. At haec neque praesens est, neque est verisimile, quae ut captiva adducta erat, et summo cum moerore sortem suam deflebat, foras egressam esse videndi caussa, quid hic rerum ageretur. Has ob caussas non dubitavi haec verba Hyllo continuare. Servavi autem ἀπ' οἴκων, quum ἐπ' οἴκων, quod Brunckius aliique ex solis scholiis receperunt, correctio grammaticorum esse videatur. Sed illud ἀπ' οἴκων non est ita intelligendum, ut scholiastes putavit. Nam ubi memineris, quum λείπου μηδὲ σὺ dicit Hyllus, hoc eum dicere μηδὲ σὺ τούτων vel ἡμῶν λείπου, quod est comi-

λείπου μηδὲ σύ, παρθέν', ἀπ' οἴκων,
μεγάλους μὲν ἰδοῦσα νέους θανάτους,
πολλὰ δὲ πήματα καὶ καινοπαθῆ·
κοὐδὲν τούτων, ὅ τι μὴ Ζεύς.

---

tare nos, recte dictum videbis ἀπ' οἴκων: proseqnere funus a domo.

1267. Primus Erfurdtius ex mea emendatione ad Eurip. Hec. p. 162. edidit πολλὰ δὲ πήματα καὶ καινοπαθῆ. Eodem modo correxit Porsonus in Dobraei Aristophanicis p. 178. et multo ante Bentleius. In libris omissum καί. Brunckius ex cod. T. turpes versus dederat, πολλὰ δὲ πήματα καινοπαθῆ· καὶ οὐδὲν τούτων ὅ τι μὴ Ζεύς. Pro καινοπαθῆ in codd. adscriptam esse aliam lectionem καινοπαγῆ, adnotavit Brunckius. Est ea etiam in cod. Flor. supra scripta: in textu habet Harleianus. Recepit Wakefieldius. Exquisitum hoc quidem est, sed etiam quaesitum.

ERRATA

In textu

p. 21. *v.* 80. *pro* ὕστερον, *lege* ὕστερον
— 24. *v.* 98. — ποθι — πόθι
— 30. *v.* 135. — βακε· — βακε,
— 32. *v.* 142. — μή τ' — μήτ'
— 52. *v.* 233. — τοι — τοί
— 78. *v.* 263. — τῆσδε,κ αἰπόλιν *lege* τῆςδε, καὶ πόλιν
— 80. *v.* 374. — ποτ' — πότ'
— 94. *v.* 463. — ἐπεὶ — ἐπεί
— 101. *v.* 515. — χερὺς, — χερός,
— 154 *v.* 879. — ΧΟΡΟΥ — ΧΟΡΟΥ

In notis

p. 18. *ad v.* 57. *l.* 1. *pro* πατρος *lege* πατρὸς
— 25. *l. antepenult.* — comparant *l.* comparans
— 26. *ad v.* 108. *l.* 13. — accepi *l.* accipi
— 27. *l. ult.* — uidam *l.* quidam
— 33. *ad v.* 144. *l.* 5. — viyere *l.* vivere
— 37. *ad v.* 174. *l.* 1. — Propie *l.* Proprie
— — *ad v.* 178. *l. ult.* — quemdam *l.* quem
— 46. *ad v.* 193. *l.* 4. — eamqne *l.* eamque
— 71. *l.* 2. — τηv *l.* τὴν
— — *l.* 12. — cul s *l.* culis
— 121. *ad v.* 669. *l.* 8. — mente *l.* mentem
— 133. *ad v.* 775. *l.* 4. — ἑκατογκέφαλος. *l.* ἑκατογκέφαλος
— 144. *ad v.* 836. *l.* 11. — αὐτόν δῆλον· δὲ *l.* αὐτόν· δῆλον δὲ,

— 148. *ad v.* 851. *l.* 4. — ἀγκάλυτον *l.* ἀγάκλυτον

— 157. *ad v.* 898. *l.* 1. — στορνυθ' *l.* στορνύνθ'

— 162. *ad v.* 938. *l.* 6. — Brunckias *l.* Brunckius

— 164. *ad v.* 958. *l. penult. p.* possim, *l.* possim

— 175. *ad v.* 1006. *l.* 2. — ἀδικωτατοι *l.* ἀδικώτατοι

— 202. *ad v.* 1251. *l. antepenult. p.* quod ubicumque *l.* quod fit, ubicumque

— 203. *ad v.* 1252. *l.* 4. — οτι *l.* ὅτι

Praeterea recusae quattuor plagulae suis locis inserendae, quae asterisco notatae sunt, pro pagg. 19 et 20, 65 et 66, 119 et 120, 129 et 130.

